





271 Ban.

Nr 16.

FONS VITÆ  
AQUÆ VITÆ

Justo justorum amore fusus  
Justo injustorum amarore effusus

IN  
**MARE GRATIARUM**

MANANS

FLUMINE EXERCITIORUM QUATRI-  
PARTITO RITE CONFIDENDI ET PIE  
COMMUNICANDI HINC EXPIA-  
TIONIS SCELERUM

DE

**SEPTEM PSALMIS**  
POENITENTIALIBUS  
ET QUATUOR NOVISSIMIS

ILLINC

SUSCIPENDÆ SACRÆ SYNAXIS

DE

**PASSIONE ET ORA-**  
TIONE DOMINICA  
PARITER ET SINGULIS HEBDO-  
MADÆ DIEBUS

ACCOMMODATUS

QVEM INQVIRENS PER PÆRIA IN VIA OFFEN-  
DEBAT PECCATOR

VIATOR

**IOANNES VVILHELMVs DIETERICH**

MOENO-FRANCOFURTENSIS PHILOSOPHIÆ  
ET MEDICINÆ DOCTOR.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Typis JOAN. GRUNERTI, Acad. Typogr. 1725.

1. MARCH 1874  
AGRICULTURE

FOR THE PRACTICAL STUDY OF

AGRICULTURE AND FORESTRY

AND THE PRACTICAL STUDY OF

AGRICULTURE AND FORESTRY

SERENISSIMO, POTENTISSIMO  
ET INVICTISSIMO DOMINO  
DOMINO  
**GEORGIO I.**  
MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIÆ  
ET HIBERNIÆ  
REGI  
FIDEI DEFENSORI  
DUCI  
BRUNSUICENSI ET LUNEBURGENSI  
SACRI ROMANI IMPERII ARCHI-  
THESAURARIO  
PRINCIPI ELECTORI  
P. P.  
REGI ET MOECENATI MEO  
CLEMENTISSIMO.



SERENISSIME POTENTISSIME ET  
INVICTISSIME REX  
AC DOMINE DOMINE CLEMEN-  
TISSIME.

**I**LOTTO 10 E 9  
**S**i scientia sapientis potentissime  
Rex tanquam inundatio abundabit,  
& consilium illius sicut fons vitæ  
permanet Ecclesiast. 21mo v. 16to, scientia  
sapientis DEum & in Deo verbum incar-  
natum seclusâ mundi immundi astutiâ vel  
maximè unica est scientia, quam palam  
profitetur Apostolus 1mo ad Corinth. 2do  
dum ait: nihil arbitratus sum me scire in-  
ter vos, nisi JESUM Christum & hunc cru-  
cifixum, utique apprime gnarus: omnem  
indifferenter scientiam Deo scientiarum  
fonti debere, in eoque venerari originem.  
Viator non raro novit, aut indagando de-  
venit in notitiam latitantis hic illicve fon-  
tis, quo offenso haustâ inde aquâ dulci  
velut nectare exusta intro viscera nonni-  
hil restinguere parat. Viatores sumus  
poten-

potentissime Rex scientes à patrato pec-  
 cato originis inquinatum esse cor no-  
 strum, inveteratâque peccandi libidine in  
 extinguisibilem fere, imò verè contraxisse  
 ardorem non nisi aquâ fontis vitæ velut  
 certâ in æstu temperie restinguendum;  
 Scimus inquam Christe JESU te esse viam  
 & in via fontem vitæ continentem in se  
 salientem in omnem aeternitatem aquam  
 vitæ, quam pro instanti haurire amant  
 justus & injustus, hic justificante gratiâ,  
 ille adjutrice pœnitentiâ, uterque Omni-  
 potentis misericordiâ. Veniat igitur, qui  
 fitit, & qui vult capiat aquam vitæ gratis  
 Apocalyps. 22. vers. 17timo, adeoque aper-  
 tis intuere oculis, quem offero potentissi-  
 me Rex fontem patentem, fontem vitæ  
 & gratiæ velut terrestris paradisi in 4. par-  
 titum flumina, Rex Regum & Dominus  
 Dominantium te regat, & deducat te ad  
 vitæ fontes aquarum Apocalyps. 7. v. 17.  
 & monstrabitur tibi purum flumen aquæ  
 vitæ Apocalyps. 22. v. 1mo nec vereberis  
 transactâ mortali vitâ Rex Mundi mun-  
 dum adire Regem ac Cæli Monarcham  
 agnum immaculatum, quo directâ hinc  
 factâ Deo confessione & post eam refecti-  
 one mannae Cælestis præviâ transibis; sed

profecisse juvabit eundo de Christo in Christum, cum Christo post Christum, per Christum propter Christum, ut inquit S. Augustinus Lib. de virginitate, & innocens manibus & mundo corde Ps. 23. gloriaberis in omne ævum sententiâ Beatorum, & cantabis judex judici benigno, Rex finitus Regi infinito laudes in perpetuum, quod aliquando fore animitus precatur

SERENISSIMI POTENTISSIMI ET  
INVICTISSIMI REGIS  
AC DOMINI DOMINI MEI CLE-  
MENTISSIMI

*Humillimus Cliens*

Joannes Wilhelmus Dieterich  
Mœno-Francofurtensis Phil.  
& Med. Doctor.

## FONTIS VITÆ

Flumen Exercitiorum primum  
de

### Septem Psalmis pœnitentialibus

*Psalmus primus*

**P**salmus sextus est pia Pœnitentis precatio  
ante confessionem  
Die Dominico.

**D**omine ne in furore Leclum lacrymis la-  
me castiges; sed pro vabo,  
more fletū stratum irrigabo,  
Sim defensus te tu ad te Deum suspirabo.  
tore. A furore tuo DEus!  
**O**ssa mea conturbata, conturbatus vultus  
miserere, ut sanara meus,  
sit mens mea infir- inter hostes noscorreus.  
mata. Peccatores hinc disce-  
**U**squequid me cruciare dant,  
perges? corpus infirma- animam ne ultro lœ-  
re? dant;  
mentem meam per- exauditum fletum  
turbare? credant.  
**D**omine ad me converte, Vocem meam exaudivit  
te salvabo dic aperte, Dominus, ad me transi-  
quo dicto salvabor vit;  
certe. servo dedit; ut petivit.  
**Q**uis in morte te lauda- Erubescant, conturben-  
bit? tur  
aut in orco prædicabit? inimici, excitentur;  
memor tui terra stabit ut à Deo consolentur.  
A 4 Vers.

*Vers.* Domine, qui venisti salvum facere,  
quod perierat.

*Resp.* Salva me, quem peccando offendii,  
sed serio respescendo dilexi.

*Vers.* DEus largitor veniae & amator justitiae.

*Resp.* Fac genuino concepto dolore de peccatis meis audiam illa consolationis verba: remittuntur tibi peccata tua.

*Oremus.*

Exaudi me misericordiarum Domine, &  
DEus totius consolationis, qui præ multitudine peccatorum meorum pressus ærumnis  
cordis mei non video, quis sit datus. Capiti meo aquam? & oculis meis fontem lacrymarum? ut defleam vulnera animæ meæ,  
conversi sunt dies festi mei in luctum, cantica  
mea in lamentationem, recessit sonus hymnorum & lætitia psalmorum & successit dentium  
stridor & fletus oculorum, obmutui & humiliatus sum, & filui à bonis & dolor meus per  
singulos dies renovabitur, concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet  
ignis, timor & tremor venerunt super  
me, & contexerunt me tenebræ, abiissus circumcedit me, extremè demersit caput meum  
in scissura inferi. Veruntamen tu DEus meus  
es, tu solus refugium in tempore tribulatio-  
nis, suscipe filium prodigum in pristinam gra-  
tiam, in familiam tuam admitte, nam elegi im-  
posterum magis abjectus esse in Domo Patris  
mei; quam habitare in tabernaculis peccato-  
rum,

rum, ut tandem habere merear in aula tua cœlesti mansionem æternam pér Christum Dominum nostrum Amen.

Feriâ secundâ

*Psalmus secundus paenitentialis*

Psalmus trigesimus secundus beatus, qui à peccato liber est.

**Q**uorum tecla sunt Tu delictum cognovisti.  
peccata confitentem exaudisti,  
beati, immaculata & peccatum remi-  
nsimul est mens bea-  
ta fusti.

Fluunt mala sicut undæ,  
Cui nullum imputavit fluant, Sanctus habet,  
DEus malum, nec pa- unde  
travit veneretur te jucundè.  
dolum, DEus bunc Intellectum tibi dabo,  
salvabit. te in via informabo;

Dum te volui celare, vultum super te fir-  
cæpi moestus exclamare; mabo  
totâ die ejulare. Ut jumenta ne fiatís,  
Iuslē punis in furore; lege spretâ voluptatis  
sed concepto jam dolore, Lex sit stata Chari-  
rectâ ibo te duōlore.

Tribulor, ab sis sola- Peccatoris paenamulta,  
men? justo autem spes indul-  
premor, mihi eris tamen ta,  
cordis quies & leva- rectus corde hinc ex-  
men. ultâ.

Vers. Domine, qui venisti salvum facere,  
quod perierat.

A 5

Reſp.

*Resp.* Salva me, quem peccando offendit; sed  
ferio respiscendo dilexi.

*Vers.* DEus largitor veniae & amator justitiae.

*Resp.* Fac genuino concepto dolore de peccatis meis audiam illa consolationis verba: remittuntur tibi peccata tua.

*Oremus.*

DEus justissime juxta ac misericordissime,  
agnosco me peccasse in coelum & coram te,  
nec jam sum dignus vocari filius tuus, desideriis & concupiscentiis meis obtemperavi te  
fidelissimo patre contempto, obsecro Domine,  
obsecro, ne me proiicias à facie tua, né  
ve recedas à me, ne miser peream, nisi enim  
gratia tua me protegat, perii; ero tanquam  
pulvis ante faciem venti, & prope in nihilum  
redigar, protege me Domine in via tua  
& propitium mihi monstra vultum tuum,  
nam gratiâ tuâ confisus spero, te mihi robur  
& vires largiturum, ut consulam saluti animæ  
meæ, & nunc supplex ad terefugio & Quæso,  
ut à justitia semita procul aberrantem in viam  
reducas, & cum rationem mecum ponere ve  
neris, non intres in judicium cum servo tuo,  
quia non justificabitur in conspectu tuo omnis  
vivens; sed da, ut ita vitæ rationem insti  
tuam, ut tandem audire merear dulcissimam  
vocem tuam: Euge! serve bone & fidelis in  
tra in gaudium Domini Dei tui per Christum  
Dominum nostrum Amen.

Feriâ

Feriâ tertîâ

*Psalmus tertius paenitentialis.*

Psalmus trigesimus octavus describitur miseria peccatoris.

**D**omine ne motus irâ inquirentes meditamus sagittâ tangas tur dirâ; vana, dolos machinamus detrimenta pulsâ mira. tur, juva, nam sum tribulatus, ut me verè perse- dum peccavi, flagellatus; quâdus factus sum & mu- demens verè contur- tur, batus. totâ die nil locutus; sum tristatus, miser fa- in te sperans stabo gus, tutus. in rugitum cordis actus; Quia dixi, ne letentur dum illusus a te tactus. inimici, dum moventur Audi ad te suspirantem, pedes mei, pœnæ den- conturbati cordis dan- in flagella sum paratus, tem quia malis inquinatus; signa; & te invocantem. inter hostes fauciatus. me amici deserebant. pressus malis corde vero famuli vim faciebant, unicè te Deum quero, animam meam quer- juva me, & salvus rebant. ero.

*Vers.* Domine, qui venisti salvum facere,  
quod perierat.

*Reff.*

*Reſp.* Salva me, quam peccando offendī, ſed ſeriō refiſcendo dilexi.

*Vers.* Deus largitor veniæ & amator iuſtiæ.

*Reſp.* Fac genuino concepto dolore de pec-  
catis meis audiam illa consolationis verba: re-  
mittuntur tibi peccata tua.

*Oremus.*

Clementissime Deus peccatorum consola-  
tio, ecce confusa eſt anima mea à facie iniqui-  
tatum tuarum, peccavi in te Domine, pec-  
cavi, ſed quem propitiatorem inveniam?  
concepi dolorem & peperi iniquitatem, la-  
cum fodi, & incidi in foveam, quam opera-  
tus sum, & ideo conversus eſt dolor meus in  
caput meum, & in verticem meum iniquitas  
mea descendit, immunditia mea ante pedes  
meos, non fui memor noviſſimorum & cecidi  
miferabiliter, nec eſt, qui conſoletur, niſi tu  
ſolus dilectus meus electus ex millibus, porri-  
ge dexteram surgenti & parce malitiæ ac per-  
tinaciæ meæ; peccavi; ſed ſupplex oro Domi-  
ne, ne in furore tuo arguas me, neque in ira  
tua corripias me, utinam tanquam ſurdus im-  
poſterum non audiam & ſicut mutus non ape-  
riam os meum, quando inimici peccata mea  
contra me iuſſunt & vim faciunt, qui quaer-  
runt animam meam, ne derelinquas me Do-  
mine Deus meus, ne diſceſſeris à me, in via  
mandatorum tuorum me contine, & ovem  
tuam perditam ad ovile Cœleſte perducas per  
Chrifṭum Dominum noſtrum Amen.

Feria

## Feriâ quartâ

*Psalmus quartus Pœnitentialis.*Psalmus quinquagesimus primus est pia Davi-  
dis pœnitentis oratio.

**M**iserere mei Deus, fac iucunda me audire,  
miserator esto dum peccavi, da subire  
meus, pœnas, ad te lætum  
dele mala, quorum ire.

Mundo corde in me fa-  
cto,  
Amplius à te lavabor,  
à peccatis emundabor;  
spirituque recto capto,  
contra me sunt, in-  
vultum monstra hoc  
quæ labor.

en peccavi tibi soli, Vias tradam conuer-  
juste judex reum doli tendis,  
Spernere me Deus impollutæ fac sim men-  
noli.

sum conceptus in pecca- de cruento tuæ gentis  
tis, Dum præ cunctis tibi

en amator veritatis placet  
revelasti mihi satis.

Aspergendo me munda- cor contritum, en hic ja-  
bis, cet;

& mundando me lava- os nec laudem tibi ta-  
bis. cer.

super nivem dealba- Muros sanctos elevabis,  
bis. hostias tunc acceptabis,  
holocausta redamabis.

*Vers.* Domine, qui venisti salvum facere,  
quod perierat.

*Resp.*

*Reſp.* Salva me, quem peccando offendī, ſed  
ſeriō resipifcendo dilexi.

*Verf.* Deus largitor Veniæ & amator iuſtitiæ.

*Reſp.* Fac genuino concepto dolore de pec-  
catis meis audiam illa conſolationis verba; re-  
mittuntur tibi peccata tua.

*Oremus.*

Quid faciam misericordiſſime Domine? quí-  
ſto ante thronum maiestatis tuæ confusus eru-  
bescens levare faciem meam ad te; ſed ubi ab-  
ſcondam me ab ira tua? quis reconciliabit me?  
nunquid pater meus es tu? cuius miferationes  
nunquam continere ſe poſſunt, cuius pietas  
non poſteſt concludi, Ego verò licet filii no-  
mine indignum me feci, non agnoſco tamen  
alium patrem præter te Domine: Quapropter  
ad pedes misericordiarum tuarum curro, ibi  
proſtratus per omnipotentiam, ſapientiam,  
bonitatem & infinitam misericordiam tuam,  
Qui es miferationum abyſſus, obſecro te igno-  
ſce, purifica & libera me a peccatis meis om-  
nibus per merita vitæ & paſſionis tuæ, fuſci-  
pe me in gratiam tuam, quâ me teneas, con-  
firmes, dirigas atque poſſideas ad gloriam tuam,  
& ſecundum æternum beneplacitum tuum ſpi-  
ritum sanctum redde, eumque meis impuri-  
tatiſ extinctum innova in me, qui ſpiritum  
vanitatis à me ita fuget & diſſipet, ut nun-  
quam ex nunc à te avertatur cor meum; ſed  
in æternum tibi affixum maneat per Christum  
Dominum nostrum Amen.

Feriā

### Feriâ quintâ

*Psalmus quintus pænitentialis*

Psalmus centesimus secundus est oratio ad  
avertenda peccati mala.

**V**Ocem meam audi Venit tempus miseren-  
DEus, di,  
ad te tendat clamor da, quod placet tuæ  
meus, genti.  
intuere, licet reus. nomen tuum agnos-  
**C**arne, offe conquaſſa- centi.  
tum, Plebs in ædeſacra ſtabit,  
binc vix pane ſatura- & conſtanter te lauda-  
tum; bit;  
me exaudi tribulatum. laudes tuas decantabit.  
Sum æqualis pellicano, Dum è cælo proſpexiſti,  
ſicut paſſer ad te clamo; ſuſpirantes exaudiſti;  
in deſerto laudes cano. quos laudare te feciſti.  
Probra ſemper reda- Eſt vox una Regis, gre-  
mabam, gis,  
cinerem dum manduca- vitâ datâ norma legis,  
bam. firmamento terram  
fletum in potum mu- tegis.  
tabam. Cælo, terrâ commuta-  
Ne amabò indigneriſi, tis,  
nec a me nuinc elongeriſi; tu fons manes charitatis  
ſempiternus DEus gaudiis in cælo da-  
eris. tis.

*Vers. Domine, qui venisti salvum facere.  
quod perierat.*

*Reſpi*

*Resp.* Salva me, quem peccando offendī;  
sed serio resipiscendo dilexi.

*Vers.* DEus largitor veniæ & amator justitiae.

*Resp.* Fac genuino concepto dolore de peccatis meis audiam illa consolationis verba: remittuntur tibi peccata tua.

*Oremus.*

Longanimus & mitissime Deus! mundum querendo cælum perdidi, lucrum corporis factando animæ. Jacturam passus sum, reliqui te fontem aquæ vitæ, & fodi mihi cisternas, consolationes externas querendo, quæ tamen continere non valent aquas, cum omnis temporalis delectatio velut fumus celerrimè evanescat, reliqui etiam te panem vitæ, & filius pororum edi, sequendo appetitum sensuum & bestialibus indulgendo affectibus, deserui te summum, perfectissimum, perennèque bonum & ad terrena labentia defluxi, ideoque verè nudus, pauper & immundus effectus sum, & ut tumulatus in stercoribus & fordibus meis computrui; sed oro te pater, ne memineris contemptus & iniuriæ, quam à me acceperisti per Christum Dominum nostrum Amen.

*Feriâ sextâ.*

*Psalmus sextus pœnitentialis.*

*Psalmus centesimus trigesimus ut à culpa & pœna liberemur.*

*De*

**D**E profundis acclamavi Deus, dum peccavi,  
zibi Deus, dum honoro,  
perpetrata non celavi.  
Audi Deus, quem honoro,  
re instanter supplex oro,  
en peccata nunc deploro.

Malefactis deploratis,  
nec tam stricte observatis  
lege fruar sanctitatis.  
a rigore tuo Deus  
conturbatus vultus  
meus,  
deliciorum quia reus.  
nam tu Deus miserentis,  
datis suis documentis  
tendere ad te sim-

Gratiam mens expectavit,  
ad te Deum anhelavis,  
postquam malum perpetravit.  
Omnis populus electus  
ita semper sit affectus,  
ut te querat, qui perfectus  
Es amator peccatorum,  
facta salus infirmorum;  
misereri sit decorum.  
dum indulges peccatori.  
Angelorum gaudens  
chori,  
grates agunt servatori.  
a peccatis liberabit,  
peccatores confortabit,  
ad amandum stimulabit.

*Vers.* Domine, qui venisti salvum facere,  
quod perierat.

*Resp.* Salva me, quem peccando offendii;  
sed serio resipiscendo dilexi.

*Vers.* DEus largitor veniae & amator justitiae.

*Resp.* Fac genuino concepto dolore de peccatis meis audiam illa consolationis verba: remittuntur tibi peccata tua.

B

Oremus.

## Oremus.

Exaudi me misericordissime Domine ex profundo cordis mei ad te clamantem, anima mea sursum desiderat, nec infimis rebus amplius detineri cupit, & ideo gementes gemitus frequenter ad te DEum suum transmittit, quia incolatus ejus prolongatus est, conversus est in ærumna sua, dum configitur spina, vœ mihi! quia habitavi in tabernaculis peccatorum, ah timeo mihi Domine! timeo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens; sed ecce agnosco culpam meam, eò quod homo peccator sim, quem si remota pietate judicaveris, injustum invenies, & nisi præveneris misericordiâ tuâ, impium non est, quod te glorificet pius, credo namque salus mea, quod, audivi, quoniam benignitas Tua ad pœnitentiam me adducit, & tui oris mihi sonuerunt nectarea labia: nemo potest venire ad me, nisi pater meus, qui misit me, trahe me igitur post te, ut suaviter post te curram in odorem unguentorum tuorum Amen.

Die Sabbathi.

*Psalmus septimus Pœnitentialis*

*Psalmus centesimus qua trigesimus tertius pœnitens à via peccati optat reduci.*

**D**omine me exaudire Dum venturus justus non gravare; sed here fac mirè judicare terram verè, me per te ad Cœlum me defende, me tui- ire.

*Quia*

quia hostis me prostra- Monstra viam, quā in  
 vit, cedam,  
 in obscuris collocavit; doce me, & tibi credam;  
 & cor meum contur- à mandatis non dis-  
 bavit. cedam.  
 memor tui meditatus, Tu es DEus veritatis,  
 quod sis multa operatus: estimator sanctitatis;  
 miserere, dum grava- me salvator salva-  
 tus. gratias.  
 ad te tendo suspirando, hinc ad Cælum evolabo,  
 exauditus voto tanto totus quantus jubilabo,  
 manus meas nunc ex- laudes tibi accla-  
 pando mabo.  
 tuum mihi monstra vul- Corpore tunc dissolu-  
 tum, tuus, dum peccavi, da indul- tuus in me tendat nu-  
 tum, tus; hoc præstanto præfas & æternū ero ru-  
 multum. tus.

*Vers.* Domine, qui venisti salvum facere,  
quod perierat.

*Resp.* Salva me, quem peccando offendii;  
sed serio resipiscendo dilexi.

*Vers.* DEus largitor veniæ & amator justitiæ.

*Resp.* Fac genuino concepto dolore de pec-  
catis meis audiam illa consolationis verba: re-  
mittuntur tibi peccata tua.

*Oremus.*

Justissime DEus & misericors Pater fuscipe  
me pœnitentem & revertentem ad te, licet  
enim peccavi, tamen te DEum meum non ne-  
gavi,

gavi, peccavi quidem pertentationes & inimici mei seductiones, qui me undique cinxit, vallavit & conclusit, quotidie adhuc circumiens quærens quem devoret, sed tu DEUS meus es, in te confido, eripe me, ne mihi objiciat, ubi est DEus tuus? me ab eo protege & defende, ne iterum in laqueum ejus nunc liberatus incidam, eripe me quoque de loco poenæ & fauibus inferni, ut, dum judicare me veneris, audiam verbum justificationis, simque liber à peccato, ideo Domine nunc tibi Patri meo illa confiteor & aperio, sed vereor, ne qui judex justissimus, oculi mei horrendam tuam faciem videre, & aures audire tremenda verba valeant, severissimamque sententiam tuam ferre possim; sed ab omnibus iis eruptus evadam judicem ultionis, & audire merear dulcem vocem tuam & cum benedictis ac electis tuis ingredi sancta sanctorum per Christum Dominum nostrum Amen.

FONTIS VITÆ  
Flumen Exercitorum secundum.

De

Quatuor Novissimis

*Morte, judicio, inferno & Cœlesti gloria.*

Post Confessionem

Die Dominico.

In omnibus operibus tuis memorare novissima tua & in æternum non peccabis Eccles.

7. v. 40.

*Homo*

**H**omo dum considerabis, Judici mors judicandum,  
 quām sit orci pēna gravis; servum Dei coronandum,  
 in æternum non peccabis. reum servet contemnandum.  
 te percellat timor mortis, tunc momento fit decreta  
 tenebrarum Princeps fiet palam, quod secreta  
 fortis;  
 & torpedo pravi cordis. redolebunt mali hædum.  
 Mundum opta fastidire, Pœna mortis erit dura,  
 & tormenta hic subire, stabunt justi sine cura;  
 ut Deum possis adire. dum pœvebit creatura.  
 Vanitas est vanitatum facere ad Deum gradum,  
 & hic esse delicatum. Mortem justam subiisse,  
 non discernit ecce mirum! iurum, sine labore tunc fuisse,  
 erit justè hic vixisse.  
 Magnatem & inter iustos beas, maledictos  
 justum judex querit mundo, carne, hoste  
 virum. orco trades derelictos.

*Vers.* DEus, qui post lapsum Adami vitæ præsentis terminum humano generi statuisti.

*Resp.* Fac, ut eodem jam imminentे lœti ante faciem tuam compareamus judicandi.

*Vers.* DEus ab omni probro & ignominia nomen tuum aliquando vindicature, qui justis

largiris præmia & pœnas æternum luendas  
maledictis.

*Reſp.* Noli in tremenda illa judicii die, dum  
veneris judicare, me sempiternum condem-  
nare.

*Oremus.*

Sanctissime Domine JEſu Christe, qui du-  
plici humano generi proposita æternitatis viâ  
unâ ad superos, alterâ ad inferos ducente ho-  
minem vel cum sanctis tuis in cœlo felicem,  
aut cum damantis in inferno infelicem ab æ-  
terno decretisti. Da quæſumus pro rei atro-  
citate peccata noſtra flere & deplorare vitæ  
humanæ calamitates, ac mandatorum tuorum  
neglectum condignè queri; custodi me dein-  
ceps obſecro domine ab omnibus oblecta-  
mentis peccati & largire, ut grauitate pecca-  
torum meorum ponderatâ nulli ærumnæ vel  
calamitati hujus vitæ me ſubducam, in mortem  
que in continuis pro honore Tuo & ſalute  
mea excubiis præſtolans purus & ab omni pec-  
cati labo expurgatus felicem cum sanctis tuis  
decurram æternitatem, & lætus in conſpectu  
tuo, qui es via, veritas & vita, compaream  
per te Christum Dominum noſtrum Amen.

Feriâ ſecundâ.

DE MОРTE.

Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori  
ad Hebr. 9no vers. 27imo.

Semel

**S**emel mori est necesse,  
quod decernis, fac  
prodeesse; justus non obesse.  
hæc non nihil dum per-  
pendo,  
gressu certè satis lento  
ad æternitatem ten-  
do.

pretiosum tempus perdo,  
si cum fundis in deserto  
non certamen cer-  
tum certo.  
**Q**uo transmissio nihil  
mundus,  
utrius fuerit jucundus  
erit nisi Stygis fundus.  
non hic proderit seivisse,  
multas artes calluisse;  
& honores habuisse.

Non personæ hic respec-  
tus,  
solus gratia delectus  
justus erit tunc affec-  
tus.  
Tibi moras usque mane  
opes non concedent sanè;  
sed relinquunt vas  
inane.

Nil voluptas hic carna-  
lis;  
sed quæretur, qualis  
mundo fueris sodalis?  
Vita erit benedicta,  
aut fortassis per delicia  
maledicta & afflictæ.  
morte bonâ si tunc vita  
facta fuerit contrita,  
qualis vita, finis ira.

*Vers.* DEus, qui post lapsum Adami vitæ  
præsentis terminum humano generi statuisti.

*Reff.* Fac, ut eodem jam imminentे lœti ante  
faciem tuam compareamus judicandi.

*Vers.* DEus ab omni probro & ignominia  
nomen tuum aliquando vindicature, qui justis  
largiris præmia & poenas æternum luendas ma-  
ledictis.

*Reff.* Noli in tremenda illa judicii die, dum  
veneris judicare, me sempiternum condem-  
nare.

*Oremus.*

Aperi benignissime JEsu oculos meos, ut videam & interiori sensu mentis gustem, quām amara & mutabilis sit vitæ præsentis dulcedo, fac, ut deponam omne onus carnalium desideriorum, da, ut omnem peregrinum amorem sentire aut circumferre in corde meo prorsus dedigner, da ut cum Apostolo tuo omnia præter te pro detrimentis habeam & asperner, atque ut stercora existimem, cum habitis omnibus mundi oblectamentis tandem mori sit statutum. Tu Domine sis refugium animæ meæ Corporis sui ergastulum deserturæ, tu erue animam meam, ut non pereat in hora illa tremenda; præsta mihi obsecro secundum multitudinem miserationum tuarum & per illum amoris æstum & ardorem, quo ipse, qui vita s, pro me mori voluisti, ut mortis corporalis agonem semper præ oculis habeam, & hoc agam modò vivens, quod moriens aptarem me egisse, utque nulla in re tantum operæ & studii ponam, quām ut mihi ipsi spiritualiter moriar, & cunctas sensuum meorum extinguam & mortificem passiones, sicque tecum post hanc vitam felix ac beatus vivam in æternum per te Christum Dominum nostrum Amen.

Feriâ tertîâ

### DE JUDICIO

Oportet nos omnes manifestari ante tribunal  
Dei. secundo ad Corinth. quinto v. decimo.

*Judici*

Judici tunc judican-  
dus colles operite fontes.  
sistat, æternum salvantur,  
dus, illo die cuncta gesta,  
aut æternum contem-  
nandus, vitæ libello ingesta  
certè fient manifesta.  
Stricam dabo rationem Nil manebit tunc in ul-  
cognoscendi actionem dum fit palam, quod se-  
da cum sanctis man- pultum;  
sionem. mitem mihi monstrat  
Serò erit pénitere, vultum.  
Et peccata tunc deflere, utro matris ut egressus  
Christe mei miserere. judici adstabo fessus,  
dum damnas, me fac salva, qui pro me per-  
beatum, pessus.  
ad fruendum te crea- Cor contritum tunc non  
tum, sperne,  
cujus cor ad te para- cor humiliatum cerne,  
rum. & ab hædis me discer-  
ne.  
Te tunc adibunt inson- dum venturus judicare,  
tes, de deliciis Jesu chare  
cadant super malos noli me interroga:re.  
montes,

*Vers.* Deus, qui post lapsum Adami vitæ præ-  
sentis terminum humano generi statuisti.

*Resp.* fac, ut eodem jam imminente læti ante  
faciem tuam compareamus judicandi.

*Vers.* Deus ab omni probro & ignominia  
nomen tuum aliquando vindicature, qui jus-  
tis largiris præmia & poenas æternum luen-  
das maledictis.

*Resp.* Noli in Tremenda illa iudicii die, dum  
veneris judicare, me sempiternum condem-  
nare.

*Oremus.*

Deus Deorum Domine, cuius misericor-  
dias non est numerus, & bonitatis infinitus est  
thesaurus, novi, quia non semper nostris sce-  
leribus connivebis, non semper dissimulabis,  
venies tandem ab omni probro & ignominia  
nomen tuum vindicaturus, venies & qualis  
quisque fuerit? quâ pietate & religione te co-  
luerit? in bonorum & malorum vita inquisi-  
turus es, socordiam, precor, Domine, cor-  
dis mei sonitu illo tubæ Archangelicæ, quam  
in novissimo illo die sum auditurus, excita, ef-  
fice, ut ad nutum & arbitrium hominum me  
fingere & accommodare desinam, neque quid  
mundus de me dicat, attendam, nec displice-  
re reformidem ulli, mqdò placeam tibi, per-  
funde me Domine copiâ lacrymarum, ut Chiro-  
graphum Diaboli contra me producendum  
deleam, têque mihi in hoc puncto propitium  
habeam, ne à conspectu tuo ad gregem illum  
teterimum reproborum à crudelissimis infer-  
ni carnificibus torquendus detrudar, quibus  
dicturus es: ite maledicti in ignem æternum;  
sed cum electis tuis ad dexteram tuam consti-  
tutus audiam vocem illam tuam sanctissimam:  
Venite benedicti patris mei, possidete para-  
tum vobis regnum à constitutione mundi per  
te Christum Dominum nostrum Amen.

Feriâ

## Feriâ quartâ

### DE INFERNO

Itē maledicti in ignem æternum Matth.25.v. 41.

**M**Ali reus in infer- *Caro spurca tunc vin-*  
num *dicam*

*Locum ibit sempiter-* *advertiset, & derelictam*  
*num* *Dæmonique se addic-*  
*pænas dabit in æter-* *tam.*

*frustra dicet maledictus* *Carnis vana blandi-*  
*mundo, carne hoste vic-* *menta*  
*tus* *erunt profecta tormenta;*

*sum à Deo derelictus.* *horror, fletus & la-*  
*accusatus vanitatis,* *menta.*  
*habitam in mundo gra-* *Pravi Demonis sugges-*  
*tis,* *tus*  
*in æternum luet sa-* *parient æternos æstus,*  
*tis.* *orcus erit locus mæ-*  
*Caro flammis addice-* *stus.*

*tur,* *animam ad te creatam,*  
*nihil ibi remittetur,* *per peccatum deforma-*  
*pæna nunquam finie-* *tam*  
*tur.* *mittes vindex viam*  
*Quod per visum, quod* *latam.*

*per tacitum,* *Ego Deus misericordia-*  
*quod peccatum hic per* *non currentis, non vo-*  
*factum* *lentis;*

*punietur ut ut actum* *libera me à tormentis.*

*Vers.* Deus, qui post lapsum Adami vitæ præ-  
sentis terminum humano generi statuisti.

Resp.

*Reſp.* fac, ut eodem jam imminentे læti ante faciem tuam compareamus judicandi.

*Vers.* Deus ab omni probro & ignominia nomen tuum aliquando vindicature, qui justis largiris proemia & poenas æternūm luentes maledictis.

*Reſp.* Noli in tremenda illa judicii die, dum veneris judicare, me sempiternūm condemnare.

*Oremus.*

Agnosco bone Jesu servorum Diaboli ærumnis & calamitatibus plenam infelicitatem, qui talem à Domino suo gratiam, talem insensati mercedem exspectant, & tam acerbis presentis vitae laboribus tam sæuos & intolerabiles cruciatus mercantur, ut inexplicabilium tormentorum vehementiā animam in horas agant, nec unquam optato potiantur occasu, mortem perferant immortalem, & tristissimum vivi & videntes funus ducant à te summo bono & tuo ac Beatorum omnium consortio, ad quod creati sunt, in sempiternum extores. O Judex justissime simul & Clementissime gratias tibi immensa ago, quod me hactenus tam frequenter & graviter peccantem in tale exitium ruere non sis passus; sed ad hanc usque horam summā pietate, donec ad mentem saniores redeam, exspectasti. En iterum Domine perversam malorum societatem & consuetudinem execror, & sanctissima electorum tuorum vestigia sequi intendo, En iterum atque ite-

iterum omni pompa mundi & obsequio Diabolii renuncio, qui tam tristia servis tuis præmia largitur, iam me recipe Domine in seruum perpetuum, & post hujus vitæ curriculum illius Cœlestis gloriae & hæreditatis me compotem facias Christe Domine noster Amen.

## Feriâ quintâ

## D E C O E L O

Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Matth. 25. v. 34.

**B**enedicti Patris mei orta luce erit Dies,  
possidete regnum & labore acto quies,  
Dei, bâcne dignus? Christus  
Lux æterna sit Dei. stes scies.  
Regnum vobis præpara- Vita durans me delec-  
tum, tat,  
dum cor ad me eleva- penitusque cor affectat;  
rum Cœli chorus me exspe-  
gessisti humilia- elat.  
sum. Verbis credo eti oris,  
Qui sprevisti volupta- quod non velis peccatoris  
tem, mortem, redde cor  
capite jucunditatem doloris.  
intrando æternita- Non pigebit laborasse,  
tem. mundum, carnem sup-  
Straens rosis ubi hortus, rasse,  
ad felicitatem portus. de peccato Trium-  
fortunatus lucis ortus. phasse.

Pro

Pro carnis irritamento, reputatis pro afflictis  
 pro parvo mundi tor- pro insanis, pro re-  
 mento lictis  
 vitâ fruar in mo- ut mea insania  
 mento. cernatur esse gloria ser-  
 me adscribe benedictis, piterna.

*Vers.* Deus, qui post lapsum Adami vitæ  
 præsentis terminum humano generi statuisti.

*Reff.* Fac, ut eodem jam imminentे læti ante  
 faciem tuam compareamus iudicandi.

*Vers.* Deus ab omni probro & ignominia  
 nomen tuum aliquando vindicature, qui jus-  
 tis largiris præmia & poenas æternū luendas  
 maledictis.

*Reff.* Noli in tremenda illa judicii die, dum  
 veneris judicare, me sempiternū condem-  
 nare.

### Oremus.

O quām beata est vita illa ! Deus meus! ex-  
 pers omnis doloris, anxietatis, timoris, tristitia,  
 fastidii, mutationis. O quām felix est dies  
 illa ! quā anima Deum timens post tot fluctua-  
 um in vita calamitosa jactationes & tempesta-  
 tes portum illum securissimum æternorum  
 gaudiorum attingit, quām verè dicis Aposto-  
 le sancte, quod nec oculus vidit, nec auris au-  
 dicit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ  
 præparavit Deus illis, qui diligunt illum, lar-  
 gire mihi clementissime Deus, vt vel à longè  
 aliquatenus gustem immensam illam & inæsti-  
 mabi-

mabilem gloriam, quâ eleæti in æternum gaudent. Delicca & adure in me Domine omnes inordinatas concupiscentias igne amoris tui, ut vilescant & desipient mihi omnia terrena, expetam tribulationes potius, quâm prosperitatem, infirmitates magis, quâm commoditates & quæ corpori meo grata & jucunda sunt. deficiat caro mea & cor meum in te Deus! deficiat in dolore vita mea & anni mei in gemiti bus, nam si conferantur in unum omnes dies sæculi & omnes labores filiorum Adam, quid sunt hæc omnia ad tantam beatitudinem comparata? dummodo levis & expeditus à terrenis omnibus requiescam tandem in die trtbulationis & ascendens ad populum accinctum tuum consequar propositum mihi à Deo bravium in montibus æternis, ubi tu habitas Domine corona mea & gaudium meum, Deus Cordis mei & pars mea Deus in æternum Amen.

### Feriâ sextâ DE ÆTERNITATE.

Ibit homo in domum æternitatis suæ.

Ecclesiastis. 12. v. 5.

**S**Emita æternitatis: sim datus hic peracte decurrâ cum tis,  
*multib. sib. bedis* reputor cum malefatis,  
*in postremis meis fa-* *Delicia per quinque*  
*tis.* *sensus*  
*rationem si de facis*

ah

*ab remitte non offensus?  
judex mihi sis propen-  
sus.*

*Quod per tactum, quod  
per visum,  
quod peccatum hic per  
risum,  
non præcludat para-  
disum.*

*beu peccavi sine fine,  
Deum dilexi supinè  
legis immemor Divi-  
næ.*

*Qui ex carne, qui ex  
osse  
me plasmasti, fac hic  
posse  
viam mandatorum  
nosse.*

*gratiā da meæ menti  
peccata condignè flendi.  
cum nunc tempus sit  
dolendi.*

*Lacrymis cum Magda-  
lena  
irrigabo hic pro pæna  
pedes, mihi sit ama-  
na.*

*Facies. ut cum beatis  
ad Cælum prædestinatis  
fruar fonte Pietatis,  
Quo factō beatus ero  
æternū, & vivam me-  
ro  
jubilo de Deo vero  
ubi Cæli regio  
erit mea mansio.*

*Vers. Deus! qui post lapsum Adami vitæ  
præsentis terminum humano generi statuisti.*

*Resp. Fac, ut eodem jam imminente læti ante  
faciem tuam compareamus judicandi.*

*Vers. Deus ab omni probro & ignominia no-  
men tuum aliquando vindicature! qui justis  
largiris præmia & poenas æternū luendas  
maledictis.*

*Resp. Noli intremenda illa judicii die, dum  
veneris judicare, me sempiternū condemnare.*

*Oremus.*

*Oremus.*

Deus protector omnium in te confidentium, sine quo nihil constans, nec sanctum est, quis miserebitur mei? aut quis dolorem ac luctum meum levabit? dum æternitatis ostium transacto mortalitatis curriculo sum pulsaturus, dum semper duraturam, nunquam finiendam sum aditus æternitatem; *Quis in te Domine unicè sperantem eriget?* nisi recordatio misericordiæ tuæ, nam dum peccata & delicta, quorum mihi conscius sum, mecum pondero, Angor vehementer & acerbissimo animi sensu affligor, quia veste innocentiae vitæque ac morum integritate penitus rejecta, veste iniquitatis à planta pedis ad verticem usque capitis cum sempiterna ignominia me obduxerat. *Fac Domine,* ut intuitu gravissimorum peccatorum meorum, quibus totam pone vitam meam contaminavi, salutari eorundem expiatione & multiplicata in me tuâ misericordiâ ductus à te latus obtineam, ne delicta juventutis meæ & ignorantias meas memineris, concedásque me ita transfire per terrestria, ne amittam æterna, sed cum electis tuis de facie ad faciem te contemplari merear Christum Dominum nostrum Amen.

*Die Sabbathi*  
*Utinam saperent & intelligerent ac Novissima providerent. Deut. 32. v. 29.*

C

*Homo*

**H**omo Dei Creatura ast peccator morietur,  
sit illorum tibi cu- ut à Deo judicetur  
ra, & aeternum condem-  
quæ hanc vitam secu- netur.  
tura.

Faustum esse in momen- Fontem gratiæ adibo,  
to, quâ confessus non peribo  
infelicem in tormento sed directè introibo  
sacro disce documen- Paradisum. Ubi Deus  
to. judex & salvator meus,  
Tu abibis manet tamen, dicam; quod sim mali  
dum citaris ad examen reus.  
pæna tristis vel leva- hac fretus confessione,  
men. in extrema sessione  
semel mori est statu- fruar cœli regione.  
rum, Non descendam in aby-  
ad Omnipotentis nu- sum,  
tum, sed salvabor per promis-  
Creaturæ est locutum. sum  
Corpore mens dissoluta nobis & de cœlo mis-  
& virtutibus imbuta sum  
Cælum intrat impol- Jesum Christum Domi-  
luta. num  
qui solamen hominum  
sempiternum.

*Vers.* Deus, qui post lapsum Adami vitæ præ-  
sentis terminum humano generi statuisti.

*Reff.* fac, ut eodem jam imminentे læti ante  
faciem tuam compareamus judicandi.

*Reff.* Deus ab omni probro & ignominia  
nomen tuum aliquando vindicature! qui ju-  
ftis

ftis largiris præmia & pœnas æternum luendas  
maledictis.

*Reſp.* Noli in tremenda illa judicii die, dum  
veneris judicare, me sempiternum condem-  
nare.

*Oremus.*

Nosti dulcissime Jesu, nos in via & vita hac  
mortali esse peregrinos & exules, nosti nos  
hic non habere manentem civitatem, nosti in-  
quietum esse cor nostrum, donec requiescat  
in te; placatus itaque precibus nostris conce-  
de supplicibus tuis, ut, qui amantibus te invi-  
sibilia parasti bona, amoris tui ignis nostris  
infundatur cordibus, nec mors, nec vita, nec  
calamitas nos arceat ab amore tuo, tu solus sis  
requies nostra, thesaurus noster, refrigerium  
nostrum, tibi adhaerere nobis bonum sit, ne  
mundi addicti vanitatibus, sed nudi nudum  
sequamur redemptorem ac salvatorem nos-  
trum. Fac domine, ut te in omnibus & super  
omnia diligamus, & tuas, quæ omnia vin-  
cunt desideria, consequamur promissiones  
non tamen tam vitæ duraturæ & lamentabilis  
in inferno, quam in ævum lætabundæ & con-  
tinuandæ in cælo per te Christum Dominum  
nostrum Amen.

FONTIS VITÆ  
Flumen Exercitiorum Tertium  
de  
Passione ac morte Domini nostri  
JEsu Christi.  
Ante sacram Communionem.  
Die Dominico.

Humiliavit semeſtipſum Dominus noſter  
JEsus Christus factus obediens uſque ad  
mortem, mortem autem crucis  
ad Philipp. 2. v. 8.

**D**uodenos congrega- pavens, timens, contriſ-  
vit, tatus,  
carne ſacrâ ſaturavit; ad orandum ter pa-  
pedes horum aquâ la- ratus.  
vit.  
plantis lotis ſecum ire, Dum prolixiuſ orabat,  
hortum iuſſit introire Angelus approperebat,  
eventura noſcens mi- deſolatum confor-  
rè.  
bat.  
Quibus ait: hic ſedete, confortatus in agone  
donec vadam, uſtinate, capitur à legione.  
vigilantes permane- Judas velut Dux præ-  
te.  
Sumptis tribus contriſ- ſem ſalutans accedit;  
tatur, verbo dičlo turba ce-  
ſalus noſtra infirmatur; dit.  
latitudo coarctatur. Petrus prævidit futu-  
Adit patrem deſolatus, ra,  
habitat

*habitâ Magistri curâ taclu Malchus est sana-  
plebs feritur acceſ- tus;  
ſura. sed funiculis ligatus  
ducitur ab ævo natus.*

*Vers.* Deus proprio filio tuo non pepercisti.

*Reſp.* Sed in ara crucis eum pro nobis mori  
voluisti.

*Vers.* Christe qui nobis passione ac morte  
tuâ parâſti vitam.

*Reſp.* Fac, nos transactâ mortalitatis vitâ,  
vitâ vivere æternum.

*Oremus.*

Dilectissime Domine JESU Christe! qui cum  
discipulis tuis hortum Gethsemani intrare vo-  
luisti, & in eodem pro mundi redemptione  
ita contristari, pavere, anxiari cœpisti, ut a-  
gonizantis per totum sanctissimum corpus tu-  
um prorumpens sudor factus sit sicut guttæ  
sanguinis decurrentis in terram, da quæſu-  
mus, ut, quod mente contemplamur, piis sem-  
per affectibus imitemur, & ori tuo sanctissimo  
non osculum Judæ proditoris; sed osculum  
mundi amoris infigamus per te te Christum  
Dominum nostrum Amen.

Feriâ secundâ

Quem cœli Cœlorum capere non possunt.  
3. Reg. 8. v. 27. adduxerunt ad Annam primum,  
erat ficer Caiphæ, qui erat Pontifex anni  
illius. Joannis 18. v. 13.

C 3

*Servus*

**S**ervus Dominum du-  
cebat,  
ritu pecudis trahebat;  
Et ad Annam conten-  
debat.  
pontifex interrogavit,  
de discipulis, quos pavit,  
de doctrina, quam  
fundavit.

Palam sum locutus  
mundo  
inquit Christus: Verba  
fundo  
Veritatis, non con-  
fundo.  
illos, qui me audive-  
runt,  
expiscare, testes erunt,  
dum quod dixi, im-  
pleverunt.

Quo vix dicto servus egit  
vindicem, IESU impegit  
alaram, qui corda  
regit:

Sic Pontifici respondes?  
Christe insonis inter san-  
tes  
haecne feres & recon-  
des?  
Creatori Creatura  
verbera impingit dura?  
non cognoscens secu-  
tura.  
Tulit & vult tolerare,  
Mundi crimina porta-  
re,  
solum id responsida-  
re;  
Dic: si male sum locu-  
tus,  
testimonio imbutus,  
jussa Pairis qui secu-  
tus.  
vel si bene: quid me cæ-  
dis?  
u id percutiendo ledis?  
qui salvari per me  
petis.

*Vers.* Deus proprio filio tuo non pepercisti.  
*Reff.* Sed in ara crucis eum pro nobis mori voluisti.

*Vers.* Christe qui nobis passione ac morte  
tuâ parâsti vitam.

*Reff.* Fac, nos transactâ mortalitatis vitâ,  
vitâ vivere æternum.

*Oremus.*

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui velut agnus innocens ab electo populo tuo vinculis & catenis captus, & tanquam latro, fur & nocens, cum tamen argui de peccato non possest, Ierosolymam ductus conspectui Pontificis Annae praesentabaris, & a ministro assistente de discipulis & doctrina tua interrogatus alapâ, quasi male respondisses, percutiebaris, da quælumus, ut, qui tuam in patiendo perpendicularis innocentiam, nocentes & peccatores custodiendam nobis eam proponamus in terris & eadem tuo exemplo gloriemur in cælis per te Christum Dominum nostrum Amen.

Feriâ tertiatâ

Tunc tenentes JESUM duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, ubi scribæ, seniores & Pharisæi convenerant, principes autem sacerdotum quærebant, falsum testimonium contra JESUM, ut eum morti traderent

Matth. 26. v. 57. & 59.

**Q**uasi nocens iudicandus, *Contra Deum sic testatur.*  
quasi reus condemnandus, *Surgens princeps sacerdotum*  
adstat falsè accusandus. *ait: ánne supra modum orbem seduxisti totum.*  
Ore omnium clamatur, *tacebat interrogatus,*  
& seductor nominatur; *& per Deum adjuratus*

dicit: quod sit Dei prophetia ut pertatur.  
 natus. Petrus tunc ad ignem  
 Dei natum se vocavit, stabat,  
 scissa ueste exclama- & magistrum ter ne-  
 vit gabat;  
 princeps. ecce blas- juramento affirma-  
 phemavit. bat,  
Quid videtur? responde- Petrum Dominus respe-  
 runt: xit,  
 reus mortis est dixe- ad amandum se allexit,  
 runt; ftere petrus non neg-  
 vultum ejus velave- lexit.  
 runt. Exiens flevit amare,  
 Sputo vultus macula- Deum noluit celare;  
 tur, quod non horruit pa-  
 Salvatori palma datur; trare.

*Vers.* Deus proprio filio tuo non pepercisti.  
*Reff.* Sed in ara crucis eum pro nobis mori  
 voluisti.

*Vers.* Christe, qui nobis passione ac morte  
 tua parasti vitam.

*Reff.* Fac, nos transacta mortalitatis vitâ,  
 vitâ vivere aeternum.

*Oremus.*

Domine IESU Christe aeternae gloriæ splen-  
 dor, & præ filiis hominum speciose, heu! in-  
 quantam ignominiam, quantosque dolores te  
 induxit grandis mea iniquitas & immensa tua  
 erga me Charitas, ut puro mei amore apud  
 Caipham iniquè fueris accusatus, tumide ab  
 eodem

eodem interrogatus & irreverenter adjurat<sup>us</sup>, pro vera & sancta responsione blasphemus habitus, & quasi mortis propterea reus injuste damnatus, militibus custodiendus relatus. Totâ illâ tristissimâ nocte cæsus, illusus, velatus, subfannatus dedisti genas tuas vellentibus, & faciem tuam, in quam desiderant Angeli propicere, increpatibus & Conspurcentibus te, concede famulituis, ut serio de peccatis nostris concepto dolore, propter quæ opprobrium hominum & abjectio plebis es factus, quemadmodum Petrum te negantem respexisti, benigno à te oculo peccatores respici mereamur per te Christum Dominum nostrum Amen.

## Feriâ quartâ

Et surgens omnis multitudo eorum, summi Sacerdotes cum senioribus & scribis & universo concilio adduxerunt eum & tradiderunt Pontio Pilato præsidi

Lucæ 23<sup>io</sup>.

Pretii, appretiati; & profana lex est fori,  
Judas memor con- est statutum: debes  
demnati, mori.  
voluit dolore quat. Nullam causam Præses  
Nummos omnes refere- novit,  
bat, docens populum com-  
peccavisse se dicebat; movit,  
abiens se suspendebat. inquit turba: non  
Christe Iesu sacraChori, cognovit  
legem.

legem nostram. Hinc Barrabas tunc libera-  
decretum: tur,  
debet mori, pone me- lupus vorax acceptatur,  
rum, agnus innocens neca-  
cum sit palam, quod tur.  
secretum.

Audi: quid de te tes-  
tetur? nil ab agno respondeatur,  
ita, ut iudex mire-  
tur.

Cum nefandis repu- justum serva, mitte  
tata reum;  
vita nostra mundo nata clamat plebs: sper-  
legione congregatâ. nendo Deum.

*Vers.* DEus proprio filio Tuo non peper-  
cisti.

*Resp.* sed in ara crucis eum pro nobis mori  
voluisti.

*Vers.* Christe, qui nobis passione ac morte  
tua parâsti vitam.

*Resp.* Fac, nos transactâ mortalitatis vitâ,  
vitâ vivere æternum.

*Oremus.*

Patientissime JESU, qui ab universo Con-  
cilio Pontio Pilato Præsidi traditus, & ab eo-  
dem de multis interrogatus in propria causa,  
ut meam apud patrem tuum tanquam verus  
mundi Advocatus certius ageres, tametsi fal-  
sò delatus nihil respondisti, concede miseri-  
cors DEus, ne peccatorum nostrorum perfi-  
diâ

diâ cum Juda proditore perfido Apostolo tuo  
vanâ ducti pœnitentiâ trahamur ad inferos;  
sed ut opportunâ & verâ eorundem expiatio-  
ne per passionem ac mortem tuam revocemur  
ad cœlos per Te Christum Dominum nostrum  
Amen.

Feriâ quintâ

Pilatus auditio hoc nomine interrogavit: si  
homo Galilæus esset, & ut cognovit, quod  
de potestate Herodis esset, misit eum ad He-  
rodem Lucæ 23. v. 6. & 7. quem Herodes illusit  
indutum veste albâ & remisit ad Pilatum

Luc. 23. v. II.

**R**ecidit Herodes gau- Christus vestibus nudatur,  
debat, signa leti depromebat ad Columnam alligatur,  
cordis, JESUM dum & horrendum fla-  
videbat. gellatur.  
De multis interrogatus, Milites coronam plec-  
& constanter accusatus tunt,  
tacet mundi advoca- spinas multas internec-  
tus. tunt,  
Regem Regum, quem illudentes genu flec-  
vidisti, cur Rex Mundi illusisti? Regem sic salutaverunt,  
ad Pilatum remisisti? vultum ejus conspue-  
Præses JESUM prehen- runt;  
dendo diris modis percusse-  
albo cinctum vestimento runt.  
flagellavit in mo- Præses iterum exivit,  
mento. nullam

*nullam causam mortis dixit populo Pilatus.  
scivit; Adstat Christus totus  
quem damnandum mitis,  
plebs petivit. instat plebs, si hunc di-  
Spinis Jesus Coronatus, mittis;  
ecce homo: purpuratus: Regis gratiam amittis.*

*Vers. DEus proprio filio tuo non peper-  
cisti.*

*Resp. Sed in ara crucis eum pro nobis mo-  
ri voluisti.*

*Vers. Christe qui nobis passione ac morte  
tuâ parâsti vitam.*

*Resp. Fac, nos transactâ mortalitatis vitâ,  
vitâ vivere æternum.*

*Oremus.*

*Quis est iste? qui venit de Edom tinctis  
vestibus de bosra, iste formosus in stola sua,  
itâne mi Jesu attrita lacerataque purpura re-  
gium est Paludamentum tuum? arundo scep-  
trum? Spinæ Corona? Verè Dilectissime JE-  
su, per quem Reges regnant, & principes im-  
perant, visitâsti Herodem Régem terrenum  
cæli & superum Monarcha oriens ex alto; sed  
eheu! non advertit tempus visitationis suæ,  
& alta sapiens non cognovit donum Dei; da  
quæsumus supplicibus tuis, ne in profundum  
peccatorum nostrorum devoluti te cum He-  
rode spernamus in terris; sed ut te viso per-  
fectius gloriemur in cœlis per Te Christum  
Dominum nostrum Amen.*

Feriâ

Feriâ sextâ

Accipite eum vos & crucifigite; Ego enim non  
invenio in eo causam, responderunt ei Judæi:  
nos legem habemus, & secundum legem nos-  
tram debet mori, quia filium Dei se fe-  
cit. Joannis 19. v. 6. & 7.

**J**udaismus habet le- Lignum Jesu imponen-  
gem, dum,  
quâ occidat suum Re- crux afferatur ad feren-  
gem; dum;  
o perficitæ frontis pro judicium tremen-  
gregem. dum.

Dei filium se fecit, Christo crucem baju-  
cuncta verbo qui effecit; lante,  
cujus ope grex profe- Cyrenæo comitante,  
cit. de villa appropante.

Hinc est; quod sit natus Crucis pondere oppres-  
mortis sus,

Confona vox est Cohor- Dominus ferendo fessus;  
tis; Lentos faciebat gres-  
pereat hoc die fortis.

Uxor præsidis terretur Simon tunc angariatur,  
sonnio, judex monetur; Seriò plebs adhortatur;  
justus tamen occide- ut ab ipso crux fera-  
tur.

Manus suas præses la- Simon fert & vult por-  
vit, tare  
innocentem condemnata post te crucem JESU  
vit; chare;  
crucis reum judica- montem sanctum fre-  
vit. quentare.

Vers.

*Vers.* Deus proprio filio tuo non pepercisti:  
*Reff.* Sed in ara crucis eum pro nobis mori  
voluisti.

*Vers.* Christe qui nobis passione ac morte  
tuâ parâsti vitam.

*Reff.* Fac, nos transactâ mortalitatis vitâ,  
vitâ vivere æternum.

*Oremus.*

Clementissime Jesu jam enormiter discerp-  
to & dilacerato sanctissimo corpore tuo vix  
confistere poteras, jam quidquid apparebat in  
te aut sanguis erat fluens aut plaga tumens,  
jam à planta pedis usque ad verticem capitis  
non erat in te miJesu sanitas, jam antea fa-  
ciem tuam sputis & phlegmatibus abominan-  
dis oppleverant, neandum tamen cessaverat ra-  
bies impiorum, adhuc faxea & ingrata corda  
graviora tentant, iterum replere constituunt  
illusionibus animam tuâm, denuo universâ  
cohorte congregatâ exuunt te vestimentis  
tuis, induunt tunicâ purpureâ, & chlamy-  
dem coccineam circumdant tibi, pectunt co-  
ronam de spinis & imprimunt capiti tuo, a-  
rundine loco sceptri in dextra tua positâ & ge-  
nu flexo illudunt tibi, labiis suis pollutis in  
te exspuunt, & arreptâ arundine percutiunt  
caput tuum, denique eductum ad populum,  
(cum ex livore & vulnerum cruentatione tam  
appareret miserabilis, ut dicente Pilato: Ecce  
homo; etiam homini videreris dissimilis) ta-  
men furiosa plebs nihilo mitior; sed atrociori  
potius

potius in te odio commota crucifigendum te postulat. Parce; ah! parce mihi peccatori & concede, ne simili peccatorum in te admissa labe te ita sperniam aut parvi faciam Christum Dominum nostrum Amen.

### Diè Sabbathi.

Ibi crucifixerunt eum & duos latrones, unum à dexteris, & alterum à sinistris.

Luc. 23. v. 33.

**P**edes, manus expanduntur,  
clavis duris contunduntur,  
guttæ sanguinis funduntur.  
Crux in altum elevatur,  
per quam mundo vita  
datur;  
via ad Celum paratur.  
Ex qua Jesus Nazarenus  
pendulus, vulnu amarus  
aquâ gratiarum plenus.  
Medius inter latrones,  
unus inter Helliunes  
rogat Christe, vitam  
dones.

reprobis assimilatus  
pendes, falso judicatus,  
felle, aceto potatus.  
Peccatori qui dimittis,  
offendentem te admittis;  
nec statim ad orcum  
mittis.  
Peris vita benedicta,  
via, veritas afflicta,  
clamas quod sis derelicta.  
Mororis, est Consummatum  
ab! admitte pater natum  
tibi modo commendetum.  
Caput suum inclinavit,  
Miles latus perforavit;  
sacra

*sacro sanguine ma- visis signis, quæ fie-  
navit.*  
*Christum qui custodie- Dei filium dice-  
bant,*

*Vers. DEUS proprio filio tuo non peper-  
cisti.*

*Resp. Sed in ara crucis eum pro nobis mo-  
ri voluisti.*

*Vers. Christe qui nobis passione ac morte  
tuâ parâsti vitam.*

*Resp. Fac nos transacta mortalitatis vitâ,  
vitâ vivere æternum.*

*Oremus.*

Rogo te Domine JEsu salvator patientissime  
per illa salutifera vulnera tua, quæ passus es  
in cruce pro salute nostra, è quibus emanavit  
preciosus ille sanguis, quo sumus redempti,  
vulnera animam meam peccatricem, pro qua  
mori dignatus es, vulnera illam igneo & po-  
tentissimo telo tuæ nimiae charitatis, confige  
cor meum jaculo tui amoris, ut dicat tibi ani-  
ma mea: Charitate tua vulnerata sum, utque  
ex ipso vulnera amoris tui uberrimæ fluant  
lacrymæ die ac nocte. percute Domine, per-  
cute obsecro hanc durissimam mentem meam  
piâ & validâ cuspide dilectionis tuæ, & altius  
ad intima penetra potenti virtute, quâ præ-  
munitus currat viam mandatorum tuorum,  
ut consummato vitæ mortalis cursu de reliquo  
mihi supersit Corona justitiae quam dabit mihi  
Rex æternæ gloriae Tu Christe Domine noster  
Amen.

Fontis

## FONTIS VITÆ

Flumen Exercitiorum quartum.  
de

### Oratione Dominica post Sacram Communionem

Die Dominico.

Pater noster, qui es in Cœlis, sanctificetur  
nomen tuum.

**P**ater natos, quos Nomen tuum innones-  
creasti, cat

post peccatum adoptasti; gentibus, mihi dulces-  
ad Cœlum prædesti- cat;

nâsti. gloria per orbem cres-

Pro accepto à te bono cat.

vitam meam interpono, genitor sanctificetur,

et me totum tibi dono. simul et glorificetur;

Confidenter te accedo, ubicunque prædicetur.

filiæ voce edo, Cœlum, terra, creature,

mihi da, quod à te te laudare Deum pure

peto. summæ sibi ducant

à Terrenis separatus, curæ.

ante pedes Patris stra- Nomen tuum laudent

tus

filius humiliatus. Nomen Patris summi

Qui in Cœlis es et degis doni

memor esto sacræ legis Christiani laudent

et Creatæ tuæ gregis. boni.

D Cuncta

*Cuncta facta, quæ dix- verbo fiat effeciisti ;  
isti, me creando perrexisti.*

*Vers. DEus, qui facis mirabilia solus.*

*Reſp. Memorare plasmatæ à Te creaturæ tuæ.*

*Vers. DEus osor iniquitatis & remunerator  
virtutis.*

*Reſp. Bona, quæ poscimus, largire propitius  
& mala, quæ deprecamur, clementer averte.*

*Oremus.*

**D**Eus fidelium pastor & rector humiliantis se  
coram te & desolati non despice gemitus, &  
preces, quas ad Te fundo, clementer exaudi,  
salva, qui omnes vis salvos fieri & perire ne-  
minem, quam ad imaginem tuam condere, &  
ſpiraculo vitæ animare voluisti Creaturam  
tuam, da, ut innotescente singulis sanctissimo  
nomine tuo, illud ab omnibus præcipue Eth-  
nicis & infidelibus laudetur, adoretur, sancti-  
ficetur, ut & ipſi adhuc à te deviantes ad ve-  
rum ovile reducantur & agnita tua patris vo-  
ce in terris, pastorem oviculæ venerentur in  
Cœlis per infinita sœcula sœculorum Amen.

*Feriâ secundâ.*

*Adveniat Regnum Tuum.*

**D**Eus mira solus facis, pacem, quam dat,  
dirige ad viam pacis mundus, nolo.  
gressus meos efficacis. Abi Dæmon, Caro,  
Veram cordis pacem Munde ;  
volo, me lusisti vos abunde ;  
unicè te DEum colo, ad te patrem tendo, unde  
Spero

Spero mihi advenire                    grates ago corde lēto.  
 regnum tuum, illuc ire; Pater natus mortis  
     ubi recreabor mirē.                    eram,  
 Postquam Mundum ef-                nunc salutis signa fe-  
     formâsses.                                ram.  
 & de terra me plasmâf-                in aeternitatem se-  
     ses;                                        ram.  
 mihi Spiritum in-                regnum tuum præpa-  
     flâsses.                                    râsti,  
 Cœli regnum elegisti,                me ab ævo sic amâsti;  
 filium, quem genuisti;                bene cuncta ordinâsti.  
     pro me dandum de-                Ergo mihi para sedem,  
     crevisti.                                regni tui fac hæredem;  
 Pro sanctissimo decreto                fac in cœlo figam pe-  
 velle meum tibi cedo,                dem.

*Vers.* DEus, qui facis mirabilia solus.

*Reff.* Memorare plasmatæ à te creaturæ tuæ.

*Vers.* DEus osor iniquitatis & remunerator virtutis.

*Reff.* Bona, quæ poscimus, largire proprius, & mala, quæ deprecamur, clementer averte.

### Oremus.

Omnipotens sempiterne DEus, qui ob pec-  
 catum superbiæ luciferum cum multis Ange-  
 lorum millibus è Cœli regione in tartara præ-  
 cipitare & principatus eorum ad complendas  
 eorundem sedes homines accipere mire or-  
 dinasti, concede supplicibus tuis, ut trans-  
 acta vitæ mortalis calamitate, & fragili ac ad  
 peccandum, quoad vivimus, proclivi corpore

D 2                                        dillo-

dissoluti esse tecum & regnum tuum ingredi  
mereamur, ubi non amplius in ænigmate; sed  
de facie ad faciem tuam contemplantes Ma-  
jestatem te DEum nostrum perfectius hono-  
remus, & cum univera cœlesti curia hym-  
num benedictionis tibi accinamus, qui vivis  
& regnas in sæcula sæculorum Amen.

## Feriâ tertiatâ

Fiat Voluntas tua sicut in Cœlo & in Terra.

**S**ancta Patris est vo-  
luntas, sanctus, sanctus accla-  
dimanare fac profun-  
das, Deum suum predi-  
gratiarum, Pater  
undas. cabunt.

Vis in terra, quam de-  
fiat ergo, ut jubetur,  
jussum à Te nobis detur,  
datum servus exe-  
quetur.

Vis ad laudem congre-  
gari,

Hymnum tibi accla-  
mari,

& constanter te lau-  
dari.

jube, & mox Angelo-  
rum

qui in cœlo, beatorum  
turba aderit sancto-  
rum.

Voce magnâ jubilabunt,  
sanctus, sanctus accla-  
mabunt,

Deum suum predi-  
cabunt.

Vis in terra, quam de-  
disti

Creaturis, quas fecisti  
Coli, velut præcepisti.

Manda, & stabunt pa-  
rati

terræ servi, terræ nati  
à te Patre procreati.

Unâ omnes adorare  
te intendent Pater

Chare,  
prædicare & laudare.

Nil ex corde, nil ex ore  
exeat profueto more,  
nisi de tuo honore.

Vitam

Vitam da pro hono- inter sanctos nume-  
rando, rando.

Sempiternū coronando,

Verſ. DEus, qui facis mirabilia ſolus.

Reſp. Memorare plasmatae à te creaturæ tuæ.

Verſ. DEus oſor iniquitatis & remunerator  
virtutis.

Reſp. Bona, quæ poſcimus, largire propi-  
tius, & mala, quæ deprecamur, clementer  
avertere.

Oremus.

Creator ineffabilis DEus, qui in principio  
cœlum inter & terram admirandūm diſtinxiſti;  
& filiis hominum dare terram, tibi autem &  
paucis ab æterno electis tuis cœlum reservare  
voluſti. da quæſumus, ut te cœli terræque Mo-  
narcham prædicemus, & tuæ, quam chori ad  
nutum æternūm in cœlo exequuntur, volun-  
tati alacriter obtemperemus. Fac Domine,  
ut tecum nobis idem ſit velle & nolle, velle  
quidem, cuius author es, bonum, nolle, cu-  
jus oſor es, malum, atque ita declinantes à  
malo & facientes bonum vera iuſtitiae Chris-  
tianæ opera adimpleamus & facto ejusdem  
imperio ad te Deum cum jubilo perve-  
niamus Christe Domine noſter Amen.

Feriā quartā

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

D Uplex datur' man- ut guſtando exploran-  
ducandus dus.

panis, cuius ſapor tantus panem de quotidianum

Corpori, ut vivat sa- filios, quos redamâsti;  
 num; & ad vitam revocâsti.  
 gratosam monstra Pater vivunt mortis  
 manum. nati  
 Pater nati ad te cla- mente, corpore cibati;  
 mant, sacro pane saturati.  
 panem sibi dari amant, Panem nostrum nobis  
 da, ut laudem tibi præbe,  
 canant. & à cuncta tua plebe  
 nostra ut reficiatur audies cantari sepe:  
 mens, à patre panis da- Pater noster, Pater  
 tur; fortis,  
 panis cœli nominatur. DEus verus, DEus cor-  
 Verbum Patris panis dis  
                                 verus, nunc misertus es Co-  
                                 datus purus, datus me- hortis.  
                                 rus;      hodie da nostræ menti,  
                                 DEus homo noster be- Christianæ tuæ genti,  
                                 rus.      panem sacri docu-  
                                 Pane illo saturâsti menti.

*Vers.* DEus, qui facis mirabilia solus.  
*Resp.* Memorare plasmatæ à te creaturæ tuæ.  
*Vers.* DEus osor iniquitatis & remunerator  
 virtutis.

*Resp.* Bona, quæ poscimus, largire propitius,  
 & mala, quæ deprecamur, clementer averte.

*Oremus.*

DEus, qui admirabili unione corpus & ani-  
 mam adunare atque inde hominem resultare  
 verbo fiat effecisti, & eidem, ne præmatura  
 morte disuniretur, sed quousque tibi place-  
 ret,

ret, ad obsequium tuum conservaretur necessariis alimentis providisti, da famulis tuis propulsatā & mentis & Corporis fame cœlestia alimenta percipere & à mensa tua discedere saturatos, ne tamen, quod propitius à nobis avertes, deciduo à cœlo manna cum Israëlitis emoriamur, concede, ut, dum corpus proportionato nutrimento saturaſti, mentem Cœlesti pane reficias, atque ita anima à Corpore dissoluta ad vitam proficiat sempiternam per Christum Dominum nostrum Amen.

Feriâ quintâ.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

**V**erbo, factis, quæ sed nunc mala cum  
contrafacta flentem  
cogitando quæ peracta, suscipe ad te tenden-  
ab dimitte malefacta. tem.  
Peccatorum multitudo Supplex thronū pietatis  
premit; sed me peni- adeo, lux sanctitatis  
tudo fulge, fecisti satis.  
allicit virtutis scuto.  
Verba mala proferenti, Consolare me oppres-  
cogitata adimplenti sum,  
facto, parce pénitenti. debitum, peccando fessum  
miserere mei Deus, dirigendo ad Te gres-  
Consolator esto meus; sum.  
Commissorum quia En dimittam nunc ex  
reus. corde,  
Sæpius te offendentem, si quis me offendit forte;  
ut sim dignus cœli sorte.  
D 4 Tuæ

*Tuæ adsto Majestati peccatorem me admitte;*  
*natus cordis desolati, Laxioris servo vitæ*  
*pœnitet me perpe- malefacta nunc di-*  
*trati. mitte.*

*Vers. DEus, qui facis mirabilia solus.*

*Reſp. Memorare plasmatæ à te creaturæ tuæ.*

*Vers. DEus osor iniquitatis & remunerator virtutis.*

*Reſp. Bona, quæ poscimus, largire propitius & mala, quæ deprecamur, clementer averte.*

*Oremus.*

DEus scrutator cordium & renum, extingue in nobis ignem libidinis & accende ignem amoris, atque quod contra Majestatem tuam humana nostra commisit fragilitas, prona ad condonandum clementer indulgeat Charitas, ut tuæ in filios clementiæ intuitu pariter, uti nobis dimisisti, proximo nostro remittamus offensas ac debita, tu enim es DEus misericordia nolens mortem peccatoris, sed ut per gratiam convertatur & vivat, dic Domine, si vis, verbo & ab omnibus animæ & corporis inquinamentis super nivem dealbabor, mundabitur cor meum & sanabitur anima mea, cui in fragili corpore suo patrata dimitte peccata & despensa tibi eam in æternum Christe Domine noster Amen.

*Feriâ sextâ*

*Et ne nos inducas in temptationem.*

*Six*

Si invitat, viriabit      Pater fac, ne seduca-  
 Caro, corpus macu-      mur;  
     labit,      in peccatum induca-  
     maculatum condem-      mur.  
     nabit.      si rebellet contra men-  
 Tentat Mundus, tentat      tem  
     caro,      Caro, mihi da feruen-  
 tentat Dæmon, & non      tem  
     rarò      sanctiora suggestio-  
     mel propinan sed      tem  
     amaro      Spiritum. Ut excitetur,  
 felle mixtum. Scit blan-      totus homo renovetur;  
     diri      renovatus coronetur.  
 nobis caro, & mentiri;      gratiam da militanti,  
 est seductrix justi viri.      Mundum, hostem supe-  
 Mundi Dona, mundi      randi,  
     data      de peccato Trium-  
 à cliente impetrata      phandi.  
     pro re nata sunt pec-      rege gressum, rege sen-  
     cata.      sum,  
 Dæmon rugit velut leo,      ne commissis dem con-  
 devorabit absque eo      sensum;  
     deviantem à te DEO.      vultum monstra in-  
 trino hoste dum tenta-      offensum,  
     mur,

Vers. DEus, qui facis mirabilia solus,

Reff. Memorare plasmatæ à te creaturæ tuæ.

Vers. DEus osor iniquitatis & remunerator virtutis.

Reff. Bona, quæ poscimus, largire propitius,  
& mala, quæ deprecamur clementer averte.

D 5

Oremus.

*Oremus.*

Concede Clementissime Deus nos gratiā & misericordia tua esse præventos, ut, dum à carne, mundo & Diabolo tentamur, gratiā tuā adjuvante peccandi evanescat sensus, aut saltem, dum ex fragilitate labimur, minuatur consensus. respice pie Deus, ubi non invenis facultatem, voluntatem, dimitte, cum possis plus dimittere, quam ego committere, sed quæsumus clementer averte, ne misericordiā tua freti peccemus amplius & amplius & non tam accrescat, quam decrescat peccatorum nostrorum in te commissorum multitudo, fac nos ita vivere in terris, ut puri & immaculati supplices ante thronum tuum cum sanctis tuis te Deum veneremur in cælis per Christum Dominum nostrum Amen.

*Die Sabbathi.*

Sed libera nos à malo Amen.

**L**ibera nos à peccatis isthæc mala commitperpetrandis, perpetratis; condonabis pénitentiassistendo pater natus.  
**T**e monstrabis patrem esse verbo, factō contrāclōsi propulses indefessè mala, quæ possunt obesse. Pénitet me peccatorum in te patrem commissōrum sunt, quæ obsunt nostræ Legem menti adversamenti, ad

ad peccandum inclinan- Mundum, carnem, hos-  
 tem tem pelle,  
 tolle per sanctifican- quod immundum est, re-  
 tem. velle  
 Gratiam, ut inservi- corde, fac me munda  
 re velle  
 discat corpus, hic subire uti spiro, ita spero,  
 posthac Cælum in- fac Te fruar Deo vero;  
 troire. in Te sperans salvus  
 salva, ne nos pereamus, ero.  
 melioris vitæ damus Pater mibi sis solamen,  
 signa, ad te suspira- desolato fer levamen,  
 mus. fiat, ut petivi, Amen.

*Vers.* Deus, qui facis mirabilia solus

*Reſp.* Memorare plasmatæ à te creaturæ tuæ.

*Vers.* Deus osor iniquitatis & remunera-  
tor virtutis.

*Reſp.* Bona, quæ poscimus, largire propiti-  
us, & mala, quæ deprecamur, clementer a-  
verte.

### Oremus.

Protector noster aspice Deus, & mittere di-  
 gnare sanctum Angelum tuum de cælis, qui  
 nobis assistat omnibus diebus vitæ nostræ, nos  
 regat, custodiat, defendat ab omni malo, &  
 confortet in omni bono, ut ingruentia cor-  
 pori ac animæ, quibus premimur, te miserente  
 avertantur mala, & bona, quæ flagitamus,  
 te providente consequamur. Fac Domine de-  
 siderium peccatorum perire & præsta supplici-  
 bus tuis, ut de virtute in virtutem proficien-  
 tes

tes fugatis iniquitatum tenebris ad te Deum  
suum, qui est lux vera, veritas æterna, æter-  
nitas infinita, tantis suspiriis anhelent, ut in  
te omnia, extra te nihil concupiscant, & vi-  
tam Te adjuvante obtineant sempiternam per  
Christum Dominum nostrum Amen.

*Hymnus.*

**O** Deus ego amo Te.  
nam prior tu amasti me,  
en libertate privo me,  
ut sponte vincitus sequar Te.  
Nil suggerat memoria  
Nisi de tua gloria,  
nil intellectus sapiat;  
præterquam ut te capiat.  
Protestor nihil velle me,  
nisi quod sciam velle te,  
quæ dôno tuo mea sunt;  
hæc dono meo tua sunt.  
a te accepi, recipie,  
quid iis velis, præcipe,  
guberna, sicut scis & vis,  
nam scio, quod amator sis.  
Amore solo dona me,  
ut ego quoque amem te  
& vigil & per somnia,  
hæc dando dabis omnia.

*Hymnus.*

**A**Mo Deum; sed liberè,  
amo; sed hoc amore  
quem

quem corde suevit scribere,  
qui dignus est amore.

Amo; sed hæc incendia

vos astra non paratis,

non appetit stipendia;

qui vult amare gratis.

Non me movet cœlestibus

fundata spes in hortis,

nec his adurunt æstibus

perennis antra mortis.

Amor coëmptus nullus est,

amabo nil petendo,

amor coactus nullus est;

amabo nil timendo.

Tu mihi redemptor horridos

eneæte per Dolores,

tu cor mihi tam horridos

resolvis in calores.

Crux, probra, clavi, tubera,

tot flagra, tot cruores,

in corde sicut ubera

tot nutriunt amores.

Istis amoris ignibus

mens tota concalscit,

dum mortis ex insignibus

te cognitum stupescit.

Extingue cœli lumina,

adhuc adhuc amabo,

extingue Ditis flumina;

adhuc adhuc amabo.

Nil

Nil das, adhuc amaberis,  
spes nulla me titillat,  
damnas adhuc amaberis,  
nec sic amor vacillat.  
ruente Celi lumine,  
orcóque deflagrante  
Manente solo Numine  
amabo sicut ante.

*Hymnus.*

**T**rinum in uno veneror  
Monarcham superorum,  
in Trino unum oscular  
Monarcham inferorum.  
**O**blectamenta superum  
in me tui amore,  
inexplicandae inferum  
poenae movent horrorem.  
**N**on tamen, quia respicis  
Spe premii aeterni  
**D**eus bonos, & despicis  
malos penitus inferni.  
**s**ed in Te, ex te, propter Te;  
quia dignus amari,  
amabo nihil extra te,  
da mihi te rimari.  
**u**t rimer te evigilans,  
da gratiam precanti,  
**s**i te offendam somnians,  
da veniam peccanti.  
**d**eliberate diligam  
patrem ut Creatorem,

**Te**

Te nec amare negligam  
    natum ut Salvatorem.  
En totus quantus ardeo  
    amore crucifixi,  
amore Jesu langueo,  
    en tibi me addixi.  
Cordi sumam sanctissimum  
    corpus pro me afflictum,  
rimabor insontissimum  
    Cæsum & derelictum.  
Crucis portasti pondera  
    insons pro reo mortis,  
amplectar hæc ut munera  
    æternæ meæ fortis  
Tot flagra, tot opprobria  
    pro me sustinuisti,  
meam JEsu per devia  
    salutem quæsivisti.  
Salutis potu ebrius  
    JEsu incaluisti,  
dum tuum pro me crebrius  
    cruorem effudisti.  
Immundum munda sanguine  
    absterge peccatorem,  
qui toties te crimine  
    offendi redemptorem.  
Condonas, si offendi te  
    pro me spinis transfixe,  
si non, ut par, dilexi Te,  
    condona crucifice.

Omn̄

Omni momento diligam  
dono sanctificantis,  
tormenta mortis perferam  
amore me salvantis.

Non mors, non vita arceat  
a Tonantis amore,  
non Creatura moveat  
me ab amandi more.

Timor stygis, nec præmium  
Cælorum sempiternum,  
mihi restet solatium  
amare Te æternū.  
præcisè, quia dignus es  
mundo cordis affectu,

præcisè quia pignus es  
quod ametur effectu.  
Non implicatus movear  
mundi oblectamentis,  
nec ab amore arcear  
carnis irritamentis.

Mundum, carnem, diabolum  
da posse superare,  
da & per omne sæculum  
in Cælo triumphare.

Ah voluntatem respice!  
dum deficit facultas,  
ah facultatem suscipe!  
quam adimplet voluntas.

Quod velle das, da intra te,  
in te perseverabo,

me

me velle nihil extra te,  
lubens asseverabo  
Ad Te gressus fac dirigam  
diebus meæ vitæ,  
jussa tua intelligam,  
fac, sim mentis invictæ.  
Multiplica memoriam  
fac, reminiscar Tui,  
in me adauge gloriam,  
fac, sim, ut semper fui  
Tui amans promptissimus  
mundana fastidire,  
fac, sim & paratissimus  
pro Te vitam finire.

Affectus Melliflui  
ad Membra CHRISTI.

*ad Pedes.*

**S**Alve Mundi salutare  
Salve, salve JESU chare  
cruci tuæ me aptare  
vellem verè, tu scis quare  
da mihi Tui copiam.  
ac si præsens sis, accedo  
imò Te præsentem credo,  
o quam nudum hic de cerno,  
ecce tibi me prosterno,  
sis facilis ad veniam.  
Clavos pedum, plagas duras,  
& tam graves impressuras,  
circumplexor cum affectu

E

tuo

tuo pavens in aspectu,  
 tuorum memor vulnerum.  
 grates tantæ Charitati  
 nos agamus vulnerati,  
**O** amator peccatorum,  
 reparator confractorum  
     o dulcis pater pauperum.  
**Quidquid** est in me confractum,  
 dissipatum aut distractum  
 dulcis JESU totum fana,  
**Tu** restaura, tu complana  
     tam pio medicamine.  
**T**e in ramo crucis quæro,  
 prout queo corde vero,  
 me sanabis hic ut spero  
 fana me, & salvus ero  
     in tuo lavans sanguine.  
**P**lagas tuas rubicundas,  
 & fixuras tam profundas  
**C**ordi meo fac inscribi,  
 ut configar totus tibi,  
     Te modis amans omnibus.  
**D**ulcis JESU, pie Deus,  
 ad Te clamo, licet reus,  
 præbe mihi Te benignum,  
 ne repellas me indignum  
     de Tuis sanctis pedibus.  
**C**oram cruce procumbente,  
 hósque pedes complectente  
 ero, ne me JESU spernas

fed-

sed de cruce sancta cernas

Compassionis gratiâ.  
in hac cruce stans directè  
cerne JEsu mi dilecte  
ad Te totum me converte  
esto sanus, dic apertè:  
dimitto tibi omnia.

*Ad genua*

Salve JEsu, Rex sanctorum  
Spes votiva peccatorum  
crucis ligno tanquam reus  
pendes homo verus Deus  
sacris nudatus genibus.

O quam pauper! O quam nudus!  
qualis es in cruce ludus,  
derisorum jocus factus  
sponte tamen, non coactus  
attritus membris omnibus.  
Sanguis Tuus abundanter,  
fusus fluit incessanter,  
totus lotus in cruore  
stans in maximo dolore  
præcinctus vili tegmine.

O Majestas infinita!  
O egestas inaudita!  
quis pro tanta Charitate  
quærit te in veritate?

dans sanguinem pro sanguine.  
Quid sum tibi responsurus  
actu vilis? corde durus?  
quid rependam amatori?

qui elegit pro me mori  
ne dulpā morte morerer.

Amor tuus amor fortis,  
quem non vincunt jura mortis  
o quām pia me sub cura,  
tua foves in pressura

ne morfu mortis vulnerer.

Ecce Tuō præ amore  
Te complector cum rubore,  
me coäpto diligenter,  
Tu scis causam evidenter,

sed suffer & dissimula.

hoc quod ago, non Te gravet;  
sed me sanet, & me lavet  
inquinatum & ægrotum  
Sanguis hic fluens per totum,

ut non supersit macula.

in hac cruce te cruentum,  
te contemptum & distentum  
ut inquiram, me impelle,  
in hoc imple meum velle

facturus, quod desidero.

ut Te queram mente purā  
sit hæc mea prima cura,  
non est labor, nec gravabor,  
sed sanabor & mundabor,  
cum Te complexus fuero.

*Ad Manus.*

Salve JEsu, Pastor bone,  
fatigatus in agone,  
qui per lignum es distractus,

&

& ad lignum es compactus  
expansis sanctis manibus.

Manus sanctæ vos avete  
rosis novis adimpletæ,  
hos ad ramos dirè junctæ  
& crudeli ferro punctæ

tot guttis recurrentibus.

Ecce fluit circumquaque  
manu Tua de utraque  
sanguis tuus copiosè  
rubicundus instar rosæ,

magnæ salutis pretium.

Manus clavis perforatas  
& cruento purpuratas  
corde premo præ amore,  
sitibundo bibens ore

Cruoris stillicidium.

O quām largè te exponis  
promptus malis atque bonis,

Trahis pigros, pios vocas,

& in tuis ulnis locas

paratus gratis omnibus.

Ecce tibi me præsento  
vulnerato & Cruento,  
semper ægri misereris,  
de me ergo ne graveris

qui præsto es amantibus.

in hac cruce sic extensus

in te meos trahe sensus,

meum posse, velle, scire,

E 3 nobis ab omni cruci

cruci Tuæ fac servire  
 me Tuis apta brachiis.  
 in tam lata Charitate  
 trahe me in veritate,  
 propter tuam crucem alman  
 trahe me ad Crucis palmam  
 dans finem meis vitiis.  
 Manus sanctæ vos amplector,  
 & gemendo condelector,  
 grates ago plagis tantis,  
 clavis duris, guttis sanctis  
 dans lacrymas cum osculis.  
 in Cruore tuo lotum  
 me commendo tibi totum,  
 Tuæ sanctæ manus istæ  
 me defendant JEsu Christe  
 extremis in periculis.

*Ad Latus.*

Salve JEsu summè bonus,  
 ad parcendum nimis pronus,  
 membra tua macilenta  
 quam acerbè funt distenta  
 in ramo crucis torrida.  
 Salve latus Salvatoris,  
 in quo latet mel dulcoris,  
 in quo patet vis amoris,  
 ex quo scatet fons cruoris,  
 qui corda layat fordida.  
 Ecce tibi appropinquo,  
 parce JEsu, si delinquo  
 vereundâ quidem fronte

ad

ad Te tamen veni sponte  
scrutari Tua vulnera.

Salve mitis apertura,  
de qua manat vena pura,  
porta patens & profunda,  
super rosam rubicunda,

medela salutifera.

Odor tuus super vinum  
virus pellens serpentinum,  
potus tuus potus vitæ,  
qui sititis, huc venite

Te dulce vulnus aperi.  
Mihi dabis aperire  
latus tuum, Te fitire;  
meâ siti relevatâ,  
& quiete cordis datâ  
fac posthac ad te veniam.

Ore meo Te contingo,  
& ardenter ad me stringo,  
in te meum cor intingo,  
& ferventi corde lingo,  
me totum in te trajice.  
O quam dulcis sapor iste,  
qui Te gustat IESU Christe,  
tuo victus à dulcore  
mori posset præ amore

Te unum amans unicè.  
in hac fossa me reconde,  
bibam saepè ex hoc fonte,  
totus quantus incalescam

& in pace conquiescam  
refectus dulci nectare.

Spiritus ad Te vocatus  
intret JESum tuum latus,  
hinc expirans in te vadat,  
ne hunc leo trux invadat;  
sed apud Te permaneat.

*Ad pectus.*

Salve salus mea DEus,  
JESu dulcis amor meus,  
salve pectus reverendum,  
cum tremore contingendum  
amoris domicilium.

Ave thronus Trinitatis,  
arca latæ Charitatis,  
firmamentum infirmatis,  
pax & quies fatigatis,  
humilium triclinium.

Salve JESu Reverende,  
dignè semper inquirende  
me præsentem hic attende,  
accedentem me succende  
præcordiali gratiâ.

Pectus mihi confer mundum,  
ardens pium, gemebundum;  
voluntatem abnegatam,  
tibi semper conformatam

junctâ virtutum copiâ.  
JESu dulcis, pastor pie,  
fili Dei & Mariæ  
largo fonte tui cordis

fordes

fordes cordis fac vecordis  
benigne pater diluas.

ave splendor & figura,  
Summi DEI genitura,  
de thesauris tuis plenis  
desolatis & Egenis

munus clementer profue.

Dulce JESU Christi pectus.

Tuo siam dono rectus,

absolutus à peccatis,

ardens igne charitatis

ut semper tē recognoscem.

Tu abyssus es sophiæ,

Angelorum Harmoniæ

te collaudant, ex te fluxit,

quod Joannes cubans suxit

in te fac, ut inhabitem.

Ave fons benignitatis,

plenitudo Deitatis

me fac plenè satiari

& æternūm delectari

Cœlesti medicamine.

Ave verum templum Dei,

precor miserere mei,

Tu totius arca boni,

fac Electis me apponi

vas dives DEUS omnium.

*Ad Cor.*

Summi Regis cor aveto,

Te saluto Corde læto,

te complecti me delectat,

E 5

& hoc

& hoc meum cor affectat,  
ut ad Te loquar animes.

Quo amore vincebaris,  
quo dolore torquebaris,  
cum te totum exaurires,  
ut te nobis impertires,

& nos à morte tolleres.

O Mors illa quām amara,  
quām immitis, quām avara,  
quæ per cellam introivit,  
ubi Mundi vita vivit,

te mordens cor dulcissimum.

Tuum monstra Cor Dilectum,  
munda meum cor illectum,  
& in vanis induratum,  
pium fac, & timoratum

pulso torpenti frigore.  
per medullam cordis mei,  
peccatoris atque rei  
tuus amor transferatur,  
quò cor totum rapiatur

languens amoris vulnere.

Cor quid agat? nescit verè  
nec se valet cohibere  
nullum modum dat amori,  
multâ morte vellet mori

amore totum vincitur.

Vivâ cordis voce clamo,  
dulce cor te namque amo,  
ad cor meum inclinare,  
ut se possit applicare

de-

devoto tibi pectore.  
 Tuo vivat in amore,  
 non moretur in torpore  
 ad Te oret, ad Te ploret,  
 Te honoret, te adoret;  
 Te querat omni tempore.  
 Da cor cordi sociari,  
 Tecum JEsu vulnerari  
 nam cor cordi similatur,  
 si cor meum perforatur  
     tagittis improperii.  
 hic persistat, hic moretur,  
 ecce jam post te movetur,  
 te ardenter vult fitire  
 JEsu noli contraire  
     ut bene de te sentiat.

*Ad faciem.*

**S**Alve caput cruentatum,  
 totum spinis coronatum,  
 conquassatum, vulneratum,  
 arundine verberatum,

Facie sputis illitâ.  
 Salve, cūjus dulcis vultus  
 immutatus & incultus  
 immutavit suum florem,  
 totus versus in pallorem,  
     quem cæli tremit curia.  
 Omnis vigor atque viror  
 hinc recessit, non admiror,  
 mors appetet in aspectu,  
 totus pendes in defectu

attri-

attritus ægrâ macie.  
 Sic affectus, sic despctus,  
 propter me sic imperfectus  
 peccatori tam indigno  
 cum amoris interfigno  
 appare clarâ facie.  
 in hac Tua passione  
 me agnosce pastor bone,  
 cuius sumpsi mel ex ore,  
 haustum lactis cum dulcore  
 præ omnibus deliciis.  
 rogo, ne me asperneris,  
 peccatorem deditigeris,  
 morte tibi jam vicinâ  
 tuum caput hic reclina  
 in meis cuba brachiis.  
 Tuæ sanctæ passioni  
 affectarem interponi,  
 in hac cruce tecum mori  
 præsta crucis amatori,  
 sub tua cruce moriar.  
 Morti tuæ tam amaræ  
 grates ago Jesu chare,  
 fac salvator pie Deus  
 quod peccator petit reus  
 ut absque te non moriar.  
 dum me mori est necesse,  
 noli mihi tunc deesse,  
 in tremenda mortis hora  
 veni JESU absque mora,  
 Tuere me & libera.

cum

cum me jubes emigrare  
JEsu chare tunc appare,  
O amator amplectende  
temetipsum tunc ostende  
in cruce salutifera.

*Hymnus**Ad JESum ē cruce pendulum.*

**J**Esu cor meum offero,  
me tibi libens immolo,  
totum ut me inhabites,  
liberrimēque oneres.  
Tua profunda vulnera  
Sanguinis stilicidia,  
Cordi meo sic imprime,  
& sic infixa retine.  
furdus, cæcus ad omnia  
quæ tibi sunt extranea,  
ut sim te solum diligens,  
te crucifixum sentiens.

Cuncta fac me despicere,  
& me totum relinquere,  
ut tu sis mihi unicus,  
& omnia in omnibus.  
amore tui langueat,  
mens mea semper ardeat,  
JEsu te solum sitiat,  
& extra te nil sentiat.

Ad aliena stupida,  
ad te recurrat cupida,  
in te dulcis obdormiat,  
& tota in te gaudeat.

**Te**

Te semper laudans prædicet,  
benedicat, glorificet,  
pro Te mens cuncta perferat  
ad laudem tuam referat.

Amoris me vis penetret,  
ignita totum occupet,  
exurens me putificeret;  
transformans & inebriet.

I<sup>E</sup>su te solum sentiam  
ex toto corde diligam,  
unum in cunctis videam,  
ut plus & plus proficiam.

Fac mundo totus moriar,  
absorptus tecum uniar,  
egrediens hinc gaudia  
mox ducar ad cælestia.

*Salutationes devotissimæ*  
**Sanctissimorum quinque CHRISTI**  
vulnerum.

*ad dexteram*

**A**ve manus dextra Christi,  
perforata plaga tristi  
nos ad dextram jube sisti  
quos per crucem redemisti.

*ad sinistram.*

**A**ve Manus Christi læva,  
sic confixa manus eva,  
nos ab omni malo leva.  
quod produxit mater Eva.

*ad dextrum pedem.*

**A**ve vulnus dextri pedis,

pedem

pedem mentis piè lœdis,  
dum ad eam sœpe redis,  
esto nobis spes mercedis.

*ad sinistrum pedem*

Ave vulnus lœvæ plantæ  
quâ virtutum crescunt plantæ,  
nos ab hoste supplantante  
nos defende post & ante  
*ad vulnus lateris.*

Ave latus perforatum,  
unde fluxit flumen gratum,  
præbe nobis conducatum  
ad æternæ vitæ statum.

*Exhortatio*

De Passione Domini nostri Jesu Christi.

**I**n passione Domini  
quâ datur salus homini,  
sit nostrum refrigerium  
& nostrum desiderium.  
portemus in memoria  
dolores & opprobria,  
Christi coronam spineam,  
crucem, clavos & lanceam.  
& plagas sacratissimas,  
omni laude dignissimas,  
acetum, fel, arundinem,  
mortis amaritudinem.  
hæc omnia nos patient,  
& dulciter inebrient,  
nos repleant virtutibus,  
& gloriose fructibus.

*Tc*

Te crucifixum colimus,  
& toto corde poscimus,  
ut nos sanctorum Cœtibus  
conjungas in cœlestibus.

Laus, honor Christo vendito  
& nostri causâ prodito  
qui passus est pro populo  
suspensus ex patibulo Amen,

*Hymnus*

JUDicabit judices judex generalis,  
sitne Rex, aut pontifex, sive cardinalis,  
primus, imus stygiis addicetur malis;  
reus condemnabitur, nec quæretur qualis.  
Ibi nihil proderit quidquam allegare,  
neque crimen legibus multum ventilare,  
nec ad sedes principum decet appellare,  
ibit ad supplicium, homo quæreris quare.  
Quia iussa Domini homo non servavit,  
à virtutum tramite multum declinavit,  
Loco boni crimina multa perpetravit;  
nec Deum, nec proximum jugiter amavit  
Cogitate miseri, quid vel quales estis,  
quid in hoc judicio dicere potestis,  
hic non erit codici locus, nec digestis;  
unus erit Dominus, judex, actor, testis.  
Ergo dum venturus es terram judicare,  
noli mihi obsecro malum exprobrare,  
sed ad tuam dexteram velis me locare,  
mihi cœli gaudia cum electis dare.

*Hym-*

Hymnus.

**Q**uid quereris cæce peccator? Cur crucis  
salutis æternæ refugium fugis?  
abs cruce ad lucem est invia via,  
per aspra & astra est pervia via.

Tu cupis in campo lœtitiae stare,  
finisque libidinis Zephyrum flare,  
vis, via, quam teris, sit gaudiis plena,  
& rore, & flore, dum vivis, amœna,  
aberras, aberras, est pervia crucis,  
est viâ salutis perpetuæ lucis,  
est Dei voluntas, qui hîc nolunt pati

â Deo deflectunt æternum damnati  
Nî credas dic unum, qui ante intravit  
in regna Cœlorum, nec crucem portavit,  
oportuit pati & Christum, per istum  
redemptio facta & salus peracta.

Crux clavis est Cœli, quæ ostium pandit,  
quò justus ad astra & superos scandit,  
vis ergo tunc verè lœtari, gaudere,

si promptus ad crucem, ut eas ad lucem.  
Declina â malo & imple, quod bonum,  
& Deus concedet tibi defuper donum,  
nam si vis coronam æternam portare,

oportet certare & mala vitare.

Dum multi vocati & pauci electi,  
fac te tunc possimus affectu complecti  
ne, si nobis dicas: venite ad me,

tunc audiam dici; non novimus te  
Est homo hîc illic in gaudiis totus,

F. n.

nî Deus à corde sit longè remotus,  
 per mundi tumultus rogo Domini crux  
 ad gaudia Cæli sit splendida lux.  
 Tibine occulta exempla sanctorum,  
 & martyrum cruces & probra piorum,  
 per ignes & rotas, per enses & mortes,  
 angustas per portas iverunt cohortes.  
 Da ergo hic pati, da & sustinere,  
 in tempore mori, resurgere verè  
 hic remanet pati sit cordi infixum  
 fac patiar sponte per te crucifixum.

## Memento

## MOMENTI

à quo dependet  
 ÆTERNITAS

Credas,	}	non credas,
Velis,	}	non velis,
Domineris	}	non domineris.
non habes hic manentem civitatem.		
abibis		
morière		
sic statutum est omnibus hominibus		
morière		
omnia deserturus & ab omnibus deserendus		
intrabis		
æternitatem		
semper duraturam, nunquam finiendam		
Felicem	}	infelicem
inter superos	}	inter inferos
ubi omne bonum.	}	ubi omne malum.
		utra-

utraque in libertate tua est

Elige

sed simul intellige

Felix æternitas	}	infelix æternitas
Consequitur	,	consequitur
Mortem bonam,	&	mortem malam,
Mors bona	,	mors mala
vitam bonam.	}	vitam malam.

faltem de lege Dei ordinaria

ut, si bene mori cupias

eligidum sit necessariò bene vivere

est autem bene vivere

Declinare à malo & facere bonum

quod Deo propitio potest quivis

Christianæ perfectionis

absoluti velut Medii

& finis ultimati

Qui Deus est,

haud immemor;

sed cave, hic erres

& adverte,

posse bene vivere, non est bene vivere

possunt omnes; sed vivunt tamen pauci,

causam postulas

habe unicam; ast solidissimam.

Legem experimur in nobis adversantem legi

mentis nostræ

Cujus summa capita

sunt fuga boni & implementum mali

Lex lata

F 2

à Mun-

â Mundo, Carne & Diabolo  
bonorum operum impedimenta quām plurima  
& malorum occasiones atque pericula ponē  
infinita

nobis prō dolor proponens,  
inter quæ non abripi  
& non peccare  
qui aliud est

quām      { inter spinas non cruentari,  
              { inter fluctus non hauriri,  
              { inter scorpiones non ici,  
              { inter hostes non vulnerari,  
              { in labyrintho non errare.

quod paucorum est,  
& propè miraculum.  
est ex adverso Lex spiritū.  
quæ gratiâ adjuta Divinâ

Castigat corpus, illudque redigit in servitutem  
Mundi, si quæ sint bona, habet contemptui  
& ausu fanè admirando  
rectius extraordinario  
Diaboli ridet suggestus;  
atque ita de Tribus  
Mundo, carne & Diabolo  
ut ab Uni-Trino

Patre, Filio & Spiritu Sancto  
nunquam interituram consequatur gloriam  
& sempiternam præmisso certamine co-  
ronam;

Cujus

Cujus intuitu

Devota mens

Dissolvi cupit & esse cum Deo

nec judicanda timet compelli ad judicium,

Cum judicem ibi propitium

strictum Cæteroquin & severum

sit inventura Deum

Hinc bona } illinc mala

hinc promissa } illinc omissa

æquissimâ justitiæ bilance ponderantem.

Decretum est.

experiere

Venturum cum Majestate & potestate magna

quem subterfugere non potes

Judicem.

Quis Quis es

Potens } Impotens

Dives } pauper

Magnus } parvus

Dominus } servus.

Experiere

nullâ interpositâ morâ & prorogatione

Judici sistendus ex momento

Peccator homo.

plenum illo die & tremendum erit judicium,

sedente pro Tribunalij judice Deo;

& Comparente ante thronum homine reo.

Sedebit

de plano procedens & summarie

F 3

judex

judex Summus & summè justus.

Coram quo

Evidentia patrati sceleris non indigebit clā-  
more accusatoris.

Comparebit

Solo præmisso sonitu

Tubæ Archangelicæ.

Terræ hiatum & viscera admirandūm pene-  
trantis

Creatura

in pulverem ab ante resoluta, tunc resusci-  
tanda

ad audiendum publicari;

Sententiam

Consolantem æternūm justos, injustos semp-  
ternum condemnantem

judicatum solvet

& pretio sanè Carissimo  
humus & homo reus

Thesaurum amittendo incomparabilem

animam nimirum propriam

Frustrato usque adeo Christi sanguine  
pignus nullo temporis ævo reluendum.

Luet,

quia deflexit à via Salutis


quæ Christus est

Contracta in vita Debita

Strictissimâ villicationis suæ redditâ ratione

Mon-

Monstrum & Larva lugubris  
Dum adhuc es in via, non devia a bono  
dum adhuc in vita, vita pro posse  
quare malum  
dum adhuc negotiator, negotiare bene  
Sed attende & perpende, ut potes, optimè  
Quod sit negotium, negotiorum omnium  
gravissimum  
Felix aut infelix  
ad quam properamus in momenta singula  
ÆTERNITAS.









36.2935




3

SB

Ab C.



B.I.G.



FONS VITÆ  
AQUÆ VITÆ

Justo justorum amore fusus  
Justo injustorum amarore effusus

IN  
MARE GRATIARUM

MANANS

FLUMINE EXERCITIORUM QUATRI-  
PARTITO RITE CONFITENDI ET PIE  
COMMUNICANDI HINC EXPIA-  
TIONIS SCELERUM

DE

SEPTEM PSALMIS  
POENITENTIALIBUS  
ET QUATUOR NOVISSIMIS

ILLINC  
SUSCIPIENDÆ SACRÆ SYNAXIS

DE

PASSIONE ET ORA-  
TIONE DOMINICA  
PARITER ET SINGULIS HEBDO-  
MADÆ DIEBUS

ACCOMMODATUS

QVEM INQUIRENS PER PERVIA IN VIA OFFEN-  
DEBAT PECCATOR

VIATOR

IOANNES VVILHELMVs DIETERICH

MOENO - FRANCOFURTENSIS PHILOSOPHIAE  
ET MEDICINÆ DOCTOR.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Typis JOAN. GRUNERTI, Acad. Typogr. 1725.